dicandū genuit. qḋ eſt ip̄e qui genuit.
Ecce aperte dicit his verbis deum pa-
trē genuiſſe illud qḋ ip̄e eſt. Illud aūt
qḋ ip̄e eſt. nō eſt niſi diuina eſſentia. vi-
det̄ ergo diuinā eſſentiam genuiſſe. Ad
qḋ reſpondemꝰ illa verba ſic intelligen
da eſſe dicentes. Pater de ſeip̄o genuit
illud qḋ ip̄e eſt. id eſt filiū. qui eſt illud
qḋ pater eſt. Naꝫ qḋ pater eſt et filius
hoc eſt. ſed non qui pater eſt. et filius
hic eſt.

¶ Alias p̄tes queſtionis exequit̄.

Ita etiam nō eſt dicendum ꝙ diuina eſ-
ſentia genuit filiū. qꝛ cum filius ſit diui-
na eſſentia iam eſſet filius res a qua ge-
nerat̄. et ita eadem res ſeip̄am genera-
ret. Ita etiā dicimus ꝙ eſſentia diuina
nō genuit eſſentiā. Cū eīn vna ⁊ ſumma
quedam res ſit diuina eſſentia. ſi diuina
eſſentia. eſſentiā genuit. eadē res ſeip̄aꝫ
genuit. qḋ omnino eſſe nō poteſt. ſed pa
ter ſolus genuit filiuꝫ. et a patre et filio
ꝓcedit ſpiritusſanctus.

¶ Que videant̄ p̄dictis eſſe ꝯtraria.

Predictis auteꝫ videt̄ ꝯtrarium
eſſe qḋ dicit aug̃. in libro. vij. ḋ
trin. hoc inquit eſt deo eſſe qḋ
ſapere. vn̄ pater et filius ſimul ſunt vna
ſapiētia/ qꝛ vna eſſentia. et ſigillatim ſa-
pientia de ſapientia. ſicut eſſentia de eſ-
ſentia. Ecce his verbis apte dicit aug̃.
ſapientiam de ſapientia. et eſſentiam de
eſſentia. vbi videt̄ ſignificare ꝙ ſapien-
tia ſapientiam. et eſſentia genuerit eſſen
tiam. Idem in libro de fide ad petrum
ait. Sic xp̄m dei filiū. id eſt vnā ex trini
tate ꝑſonam deū veruꝫ crede. vt diuini-
tatem eius de natura patris natā eē nō
dubites. Hic videt̄ dicere ꝙ natura fi-
lij ſit nata de natura patris. Ideꝫ in li.
xv. de tri. ait. Dicit̄ filius ꝯſilium de ꝯſi
lio. ⁊ volūtas de volūtate. ſicut ſubſtā-
tia de ſubſtantia. ſapientia de ſapientia
Et hoc videt̄ dicere ꝙ ſubſtātia ſit ge
nita de ſubſtantia. ⁊ ſapientia de ſapien
tia. Sed hoc ita determinamꝰ. ſapien-
tia de ſapientia. ⁊ ſubſtantia de ſubſtan
tia eſt. id ē filius qui eſt ſapientia. qui ē
ſubſtantia eſt de patre qui ē eadem ſub
ſtantia ⁊ ſapientia. ⁊ filiꝰ q̇ ē diuinitas
natꝰ eſt de patre qui eſt natura diuina
Et vt expreſſius dicamꝰ. dicimꝰ filiū ſa
pientiam eſſe de patre. ſapientia ⁊ dici
mus filiū ſubſtantiā eē genitum de pa-
tre et a patre. ſubſtantia. Q̇ aūt ita in-
telligi debeat aug̃. oſtendit in li. vij. de
trinitate dicens. Pater ip̄e ſapientia ē.
⁊ dicit̄ filius ſapientia patris. quomō di
cit̄ lumen patris/ id ē ſicut lumen de lu-
mine. et vterqꝫ vnū lumen. ſic intelligat̄
ſapientia de ſapientia. ⁊ vterqꝫ vna ſapi
entia ⁊ vna eſſentia. Item ideo xp̄s di-
citur virtus et ſapientia dei. qꝛ de patre
virtute ⁊ ſapientia. etiā ip̄e virtus et ſa
pientia eſt. ſicut ip̄e lumen de patre lu-
mine eſt. ⁊ ip̄e fons vite ē apud deū pa-
trem fontē vite. Filiꝰ ergo ſapientia de
patre. ſapientia eſt. ſicut filiꝰ lumen de
patre lumine. ⁊ deus filiꝰ de deo patre
vt ⁊ ſingulus ſit lumen. et ſingulus deꝰ
⁊ ſingulus ſapientia. ⁊ ſingulus vnū lu-
men. vnus deus. vna ſapientia. Ecce ma
nifeſte his verbis aperit augꝰ. et quo
ſenſu accipienda ſint predicta verba et
his ſimilia. ſcilicꝫ cuꝫ dicitur ſubſtantia
de ſubſtantia. vel ſubſtantia genuit ſub
ſtantiam.

¶ Q̇ videtur predicte expoſitioni contra
rium.

Hic vero etiam id ↄtrarium vi-
detur qđ hylarius ait in .iiij. li.
de trinitate. Nichil inquit niſi
natū habet filius. et geniti honoris am
miratio in honore generantis eſt. Cum
ergo filius eſſentiaꝫ habeat. tota eīn in
eo eſt diuina eſſentia. videt̄ ꝙ ipā diui-
na eſſentia nata ſit. Item in .vj. li. ait.
Natiuitas dei nō poteſt eā ex qua ꝑfe-
cta eſt nō tenere naturam. nec eīn aliud
q̄ꝫ deꝰ ſubſiſtit qđ nō aliunde q̄ꝫ de deo
ſubſiſtit. Ecce hic dicit natiuitateꝫ dei
ꝑfectam ex natura. et ita videt̄ ex his
verbis atq; p̄dictis natura dei ⁊ genita
⁊ genuiſſe. Quod apertius dicit in li. ix. de
trin. Nos inquit vnigenitū deū in for-
ma dei manentē. in natura dei manſiſſe
ꝓfitemur. nec vnitateꝫ forme ſeruilis in
naturā diuine vnitatis refundimus. nec
rurſum corporali inſinuatione patreꝫ in
filio predicamꝰ. Sed ex eo eiuſdem ge-
neris genitam naturam naturaliter in ſe
gignentē habuiſſe naturā que in forma
nature ſe gignentis manens. formaꝫ na-
ture et infirmitatis corporalis accepit.
Non eīn defecerat dei natura. ne eſſet.
ſed in ſe humilitatē terrene natiuitatis
manens ſibi dei natura ſuſceperat. gene
ris ſui poteſtatē in habitu aſſumpte hu
militatis exercens. Ecce hic apte dicit
et naturā genuiſſe. ⁊ naturaꝫ genitam.
et naturā aſſumpſiſſe naturā. qđ a ple-
riſq; negat̄. Item in eodē. nūquid vni-
genito deo ↄtumelia eſt. patrem ſibi in
naſcibileꝫ deū eſſe. cū ex innaſcibili deo
natiuitas vnigenita in naturā vnigeni-
tam ſubſiſtat. Ecce et hic dicit vnige-
tam naturā.

¶ Quomodo ſint intelligenda p̄miſſa ver
ba hylarij.

Sed q2 hec verba ſane vult intel
ligi. ipē idem dicit in .iiij. li. In
telligentia dictoꝝ ex cauſis eſt
aſſumenda dicendi. q2 non ſermoni res.
ſꝫ rei eſt ſermo ſubiectus. Hec ergo ver
ba ita intelligi poſſunt. Nichil habet fi
lius niſi natuꝫ / id eſt nichil habet ſcđm
ꝙ deꝰ eſt. niſi qđ naſcendo accepit. Et
ipē naſcendo patris in ſe ſubſiſtentē na-
turā habuit. Vnde ideꝫ hylarius addit
in .v. li. eandeꝫ naturaꝫ habet genitus ꝙ
ille qui genuit. ita tamen vt natus nō ſit
ille qui genuit. Nam quomodo erit ipē
cuꝫ genitus ſit. ſed in his ipīs ſubſiſtat
ille qui genitus eſt. in quibus totus eſt
ipē qui genuit. q2 nō eſt aliunde qui ge-
nitus eſt. et ideo nō refert̄ ad aliud. qđ
in vno ſubſiſtit ex vno. Nec ſic in genera
tione filij. et naturā ſuam. vt ita dicā ſe-
quit̄ inde mutabilis deus. inde mutabi
lem deum gignens. nec naturā ſuā deſe
rit exinde mutabili deo. inde mutabilis
dei pfecta natiuitas. ſubſiſtentē ergo in
eo dei naturā intelligamus. cum in deo
deus inſit. Nec preter eum qui deus eſt
quiſq̄ꝫ deus alius ſit. q2 ipē deus. ⁊ in eo
deus. nature ergo dei patris veritas. in
deo filio eſſe docet̄. cum in eo deus in-
telligit̄ eſſe qui deus eſt. Eſt eīn vnus
in vno. et vnus ab vno.

¶ Quod legit̄ pater de ſua ſubſtantia genuiſ
ſe filium ſubſtantie patris.

Diciťq; et frequenter in ſcriptu
ra ſacra legit̄. pater de ſua ſub
ſtantia genuiſſe filiuꝫ. Vn̄ aug.
in li. de fide ad petruꝫ ait. Pater deus
de nullo genitus deo. ſemel de ſua natu
ra ſine initio genuit filiū deū ſibi equa-
lem ⁊ eadē qua ipē naturaliter eternus
eſt diuinitate coeternuꝫ. Ecce hic dicit
aug. filiū genituꝫ de natura patris. Eſt
autē vna natura patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſan-
cti. Si ergo de natura patris genitꝰ eſt
filius. genitus eſt de natura filij ⁊ ſpiri-
tuſſancti. immo de natura ꝑſonaꝝ triū.
Idem quoq; aug. in li. xv. de trin. dicit
xp̄m eſſe filium ſubſtantie patris. et de
ſubſtantia patris genitū. tractans illud
verbuꝫ apl̄i loquentis de deo patre
ſic. Qui eruit nos de poteſtate tenebra
rum. ⁊ tranſtulit in regnū filij caritatis
ſue. qđ dictū eſt inquit filij caritatis ſue
nichil aliud intelligat̄ ꝙ filij ſui dilecti.

ꝙ filij ſubſtãtie ſue. Caritas quippe patris que in natura eius eſt ineffabiliter ſimplici nichil ē aliud ꝙ ipſa natura atq; ſubſtantia vt ſepe diximus et ſepe iterare nō piget. ac ꝑ hoc filius caritatis eiꝰ Nullꝰ aliꝰ eſt. ꝙ qui de ſubſtantia eius eſt genitus. Ecce hic apte dicit aug. filium eſſe genitū de ſubſtantia patris. et filiū ſubſtantie patris. Ideoq; augꝰ in li. ij. contra hereticū maximinū. ſubſtantiam dei genuiſſe filiū. et filium genitū de ſubſtantia patris aſſerit dicens. Carnalibꝰ cogitationibꝰ pleni. ſubſtantiam dei de ſeipſa gignē filiū. nō putatis niſi hoc patiat̃ qḋ ſubſtãtia carnis patitur quando gignit. Erratis nō ſcientes ſcripturas neq; virtutē dei. Nullo em̄ mō verū dei filiū cogitatis. ſi eum natū eſſe de ſubſtantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius. ⁊ deo donante factus eſt dei filius. ex deo natus. gratia nō natura. An forte ⁊ ſi nō hominis filius erat. tamen iam aliqua erat qualiſcūq; creatura. et in dei filiū deo mutante ꝯuerſa eſt. Sed nichil horū eſt. ergo aut de nichilo. aut de aliqua ſubſtantia natus eſt. ſed ne crederemꝰ vos putare de nichilo eſſe dei filiū affirmaſtis nō vos dicere de nichilo dei filium. De aliqua ergo ſubſtãtia eſt. ⁊ ſi nō de ſubſtantia patris de qua ſic dicite ſed nō inuenitis. Iam ergo vnigenitū dei filium iheſum xp̄m de patris eſſe ſubſtãtia nō vos nobiſcum pigeat ꝯfiteri. Idem in eodem. vtriq; legimꝰ vt ſimus in vero filio eius iheſu xp̄o. Dicite quoq; nobis vtrū iſte verus dei filius ab eis qui gratia filij ſunt quadā ꝓprietate diſcretus de nulla ſubſtantia ſit an de aliqua. Nō dico inquis de nulla. nec dicā de nihilo ergo de aliqua ſubſtãtia eſt. Quero de qua. Si nō de patris ſubſtantia eſt. aliã quare. ſi aliã non inuenis. patris agnoſce ſubſtantiã. ⁊ filiū cū p̄re homouſion ꝯfitere. Item in eodē. Cōfiteor deū patrem omnino incorruptibiliter genuiſſe ſed qḋ eſt ipſe genuiſſe. Itē dico qḋ ſepe dicendū eſt. aut de aliqua ſubſtantia eſt natus dei filius aut de nulla. Si de nulla ergo de nichilo qḋ vos iam nō dicitis. Si vero de aliqua nec tamē de patris ſubſtantia. nō ē verus filius. Si vero de patris ſubſtantia vniꝰ eiuſdemq; ſubſtantie ſunt pater et filius. Vos aūt nec filiū de ſubſtantia patris genitum vultis. et tamen eum nec ex nichilo. nec ex aliqua materia. ſed ex patre eſſe cōceditis. nec videtis ꝙ neceſſe ſit. vt q̄ non ex nichilo. nec ex aliqua alia re. ſ; ex deo niſi ex dei ſubſtãtia eſſe nō poſſit. ⁊ hoc eſſe qḋ deus eſt. id ē deꝰ de deo natus eſt. qꝛ nō alius prius fuit. ſ; natura coeterna de deo eſt.

¶ Colligens ſummã p̄dictorum. aperit ex quo ſenſu accipienda ſint.

His verbis p̄miſſis innui videt̃ ꝙ diuina eſſentia filiū genuerit et ꝙ filius ſit genitꝰ de ſubſtãtia patris. ⁊ ꝙ de deo ē natura coeterna. et ꝙ pater id qḋ ipſe eſt genuit. Id aūt qḋ ipſe ē diuina eſſentia ē. et ita putari poteſt diuina eſſentia genuiſſe. Vehementer mouent nos hec verba q̄ quomodo intelligenda ſint. mallem ab alijs audire ꝙ tradere. vt tamen ſine p̄iudicio atq; temeritate loquar. ex hoc ſenſu dicta poſſunt accipi. Natura coeterna de deo eſt/ id ē filius coeternꝰ pater de patre eſt. ita ꝙ ē eadem cum eo natura vel eiuſdem nature. Quem ſenſum ꝯfirmat aug. ibidem ſubiciens et ꝙ dixerat quaſi explanãs. Dico em̄ natura coeterna ē de deo. addidit. Nō ē aliud filius ꝙ illud de quo ē. id ē vnius eiuſdēq; ſubſtantie ē. Deinde apertius talem intellectum ex p̄dictis verbis fore habendū aperit in eodē li. ꝯtra maximinū dicens Trinitas hec vnius eiuſdemq; ſubſtantie ē. qꝛ nō de aliqua materia vel de nichilo ē filius. ſ; de quo ē genitꝰ. Idēq; ſpiritusſanctꝰ nō de aliqua materia vel de nichilo ē. ſed inde eſt vnū procedit. His vtiq; verbis aperte oſtendit ea rōe dici filiū eſſe de ſubſtãtia patris qui eſt

de patre genitus· ita ꝙ eſt eiuſdem ſub
ſtantie cū eo· ⁊· ſſ· eſſe de ſubſtantia pa
tris et filij· qꝛ ab vtroqꝫ procedit· ita ꝙ
eſt eiuſdem ſubſtantie·

¶ Q) nec filius nec ſpūſſanctus eſt de ni
chilo ſꝫ de aliquo nō tñ de materia.

Oſtendit̄ quoqꝫ ex illis verbis fi
lium ⁊ ſpiritūſanctū non eſſe de
nichilo ſed de aliquo· nec tamē
de aliqua materia. Unde etiā hylarius
in· xij· li· de tri· ait. Unigenitus deus cū
natus ſit patrē teſtat̄ auctorem· cum ex
manente natus eſt· nō ē natus ex nichi
lo ⁊c̄· ante tempus natus eſt omnē ſenſū
p̄uenit naſcendo. Hic apte dicit̄ ꝙ fili⁹
nō eſt natus ex nichilo· Similiter ⁊ ſpi
rituſſanctus nō eſt dicendus eſſe vel p̄
cedere ex nichilo· qꝛ filius de ſubſtātia
patris natus ē· id eſt a patre natus eſt·
cuꝫ q̄uo eiuſdem ſubſtantie ē· et eadem
ſubſtantia· Ex quo ſenſu accipiendū etiā
eſt illud. pater genuit· id qd̄ eſt ipe· id ē
filiū qui ē hoc qd̄ pater· Et hoc ita de
bere intelligi· aug̃· apert dicens in· j· li·
ↄtra maximinū· hoc genuit pater qd̄ eſt
alioquin nō ē verus filius· ſi qd̄ ē pater
nō eſt filius. Item ſubſtātia dei genuit
filiū· id ē pater ſubſtantia genuit filium·
qui eſt eadem ſubſtantia ⁊ eiuſdem ſub
ſtantie· qd̄ ſic eſſe intelligendum aug⁹·
oſtendit dicens ad maximinū· Sicut di
cis ſpūſſanctus genuit· ita dic ſpūs eiuſ
dem nature vl̄ ſubſtantie ſpiritū genuit
Item ſicut dicis· deus deuꝫ genuit· ita
dic deus eiuſdem nature vel ſubſtantie
deū genuit· Hoc ſi credideris ⁊ dixeris
nichil de hac re vlterius accuſaberis.
His em̄ verbis aperit quomodo p̄dicta
debeant intelligi. Similiter filius nat⁹
eſt de ſubſtātia patris· vel pater genuit
filiū de ſua natura ſiue eſſentia· id ē de
ſe natura ⁊ eſſentia genuit filiū eiuſdem
eſſentie ac nature· ⁊ qui eſt eadeꝫ eſſen
tia ac natura· Similit̄ expone illud· fili⁹
ſubſtantie patris· id ē filius patris ſub
ſtantie· id ē qui eſt ſubſtantia cū qua et
filius eadem ſubſtantia eſt· qꝛ ↄſubſtan
tialis eſt patri filius· Et hic ſenſus adiu
uat̄ ex his verbis aug̃· qui in li· v· de tri·
ait. Tres pſonas eiuſdē eſſentie· vl̄ tres
pſonas vnā eſſentiā dicim⁹· tres aūt per
ſonas ex eadeꝫ eſſentia nō dicim⁹· quaſi
aliud ibi ſit qd̄ eſſentia ē· aliud qd̄ pſo
na. His verbis oſtendit̄ nō eſſe dicend̄
pſonā eſſe ex eſſentia· niſi ex ſenſu predi
cto· qui ſenſus ↄfirmat̄ etiaꝫ ex eo qd̄ in
li· xv· de tri· idem ait. Sicut nr̄a ſcientia
ſcientie dei· ſic ⁊ noſtrū verbū qd̄ naſcit̄
de nr̄a ſcientia· diſſimile ē illi verbo dei
qd̄ natū eſt de patris eſſentia. Tale eſt
autē ac ſi dicerem de patris ſcientia· de
patris ſapientia· vel qd̄ eſt expreſſi⁹ de
patre eſſentia· de patre ſciētia· de patre
ſapientia· Ex hoc itaqꝫ intellectu verbū
dei patris vnigenitus filius p omīa pa
tri ſimilis ⁊ equalis· recte dicit̄ deus de
deo· lumen de lumine· ſapientia de ſapi
entia· eſſentia de eſſentia· qꝛ hoc eſt om
nino qd̄ pater· non tamen pater· qꝛ iſte
filius· iſte pater.

¶ Quare verbū patris dicat̄ filius nature

Unde eſt ꝙ ſolus vnigenit⁹ dei
dicit̄ natura filius· qꝛ eiuſdē na
ture eſt· et eadem natura eſt cū
patre. Unde hylarius in li· de trin· de
xp̄o loquens ait. Natura filius eſt· quia
eandē naturā quā ille q̄ genuit habꝫ.

## Sexta Distinctio

¶ Utrum pater voluntate genuit filiū· an
neceſſitate· ⁊ an volēs vel nolēs ſit de⁹

Preterea queri ſolet vtrū pater
genuerit filiū voluntate· an ne
ceſſitate. De hoc oroſius ad au
guſtinuꝫ ita ait· voluntate genuit pater
filium· vel neceſſitate· nec volūtate· nec
neceſſitate· qꝛ neceſſitas in deo non eſt·
p̄ire volūtas ſapientiā nō potuit. Quo
circa vt aug̃· ait in· xv· li· de tri. Riden
da ē dyaletica eunomij· a quo eunomia
ni heretici orti ſunt. Qui cū nō potuiſ
ſet intelligere nec credere voluiſſet vni
genitū dei filium verbū dei eſſe natura
id eſt de ſubſtantia patris genitum· nō

nature vel ſubſtantie dixit eſſe filiū· ſed filiuꝫ voluntatis dei· volens aſſerere accedentem deo voluntatē· qua gigneret filiū· ſicut nos aliqd aliquādo volum9· qd ante nō volebam9· ꝓpter qd mutabilis intelligit nostra natura· qd abſit vt in deo eſſe credam9. Dicam9 ergo verbum dei eſſe filiū dei natura nō volūtate. Ut docet aug· in xv· li· de trini· vbi quendā catholicū heretico reſpondentē cōmendat dicens· Acute ſane quidam reſpondit heretico verſutiſſime interroganti· vtrū deus filiū volens vel nolens genuerit· vt ſi diceret nolēs abſurdiſſima dei miſeria ſequeret. Si aūt volens diceret· q̄d intendebat· ꝯcluderet ſcꝫ nō nature filiū ſed voluntatis. At ille vigilantiſſime viciſſim queſiuit ab eo vtꝝ deus pater volens aut nolens ſit deus· vt ſi reſponderet nolens ſequeret grandis abſurditas et miſeria quaꝫ de deo credere magna eſt inſania· Si aūt diceret volēs reſponderet ei· ergo ⁊ ipſe volūtate ſua deus eſt· nō natura. Quid aūt reſtabat niſi vt obmuteſceret· ſua interrogatōne obligatū indiſſolubili vinculo ſe vidēs Ex p̄dictis docet non eſſe cōcedendū q̄ deus volūtate vel neceſſitate· vel volēs vel nolens ſit deus. Item q̄ voluntate vel neceſſitate vel volens uel nolens genuerit filium.

Oppoſitio contra p̄dicta.

Sed ꝯtra hoc oppōnit ſic. voluntas dei eſt natura ſiue eſſentia dei· q2 nō eſt aliud deo eſſe· aliud velle· ⁊ ideo ſicut vna ē eſſentia triuꝫ pſonarū· ita ⁊ vna voluntas. Si ergo deus· natura de9 eſt· ⁊ volūtate de9 eſt et ſi verbū dei natura filius dei eſt· ⁊ voluntate filius dei eſt. Hoc aūt facile eſt refellere. Nā et p̄ſcientia dei ſiue ſcientia qua ſcit vel p̄ſcit bona et mala· diuina natura ſiue eſſentia ē· et p̄deſtinatio ſiue volūtas eius eadē diuina eſſentia ēt nec eſt aliud deo ſcire et velle q̄ eſſe· et cū ſit vnū ⁊ idem ſcientia dei vel voluntas· nō tamen dicit de voluntate quid dicitur de ſcientia ⁊ ecō uerſo· nec omnia illa ſua voluntate deus vult que ſua ſcientia ſcit· cuꝫ ſua ſcientia nouerit tam bona q̄ mala· voluntate aūt nō velit niſi bona. Scientia quippe dei ⁊ preſcientia de bonis eſt et malis· voluntas vero et p̄deſtinatio de bonis ē tantū et tamen vnū et idem in deo eſt ſcientia et voluntas et preſcientia et p̄deſtinatio. Item cum vnū ſit natura dei ⁊ volūtas dicit tamen pater genuiſſe filiū natura non voluntate· et eſſe deus natura· non voluntate.

Qualiter intelligēda ſint illa verba pater nec nolens nec volens deus eſt nec volens vel nolens genuit filiū.

Predicta tñ verba quibus prudenter predictū eſt· q̄ deus pater nec volens nec nolens ē de9 nec nolens nec volens genuit filiuꝫ· ſiue voluntate· ſiue neceſſitate· ex tali ſenſu vident accipienda ut voluntatē p̄cedentem uel accedentē intelligam9 qualiter eunomius intelligebat. Nō eñ ipſe de9 eſt voluntate p̄cedenti uel efficienti uel volens prius q̄ deus nec voluntate precedenti uel accedenti genuit filium· nec prius volens q̄ generans genuit filium· nec prius generans q̄ volens genuit filium· volens tamen genuit· ſicut potens genuit· et bonus genuit filiū· et ſapiens genuit ⁊ hm̄oi· Si eñ pater ſapiens et bonus dicit genuiſſe filiū· cur nō et volens. Cū ita ſit deo idem eſſe volentem qd eſt eſſe deū· ſicut idem eſt eſſe ſapientem qd eſt eſſe deū· Dicam9 ergo q2 pater ſicut ſapiens· ita volens genuit filium· ſed nō voluntate p̄cedenti uel accedenti. Quē ſenſum aperit aug· et ꝯfirmat· ita dicēs ſup epiſtolā ad ephe· de filio dei· id ē dño noſtro ihesu xp̄o· ſcriptum eſt· q2 cū patre ſemp fuit· ⁊ nunq̄ euꝫ ut eſſet paterna voluntas p̄ceſſit· et ille quidē natura filius eſt·

Hylarius in libro de ſynodis.

Nos qui dicunt de nō extantib9
eſſe filium dei. ſimiliter qui di-
cunt q neq3 ꝯſilio neq3 uolūta-
te pater genuerit filium anathematizat
ſancta eccleſia. Item ſi quis nolente pa-
tre dicat natū filium anathema ſit. No
eñ nolente patre coactus pater. vel na
turali neceſſitate ductus. cū nollet ge-
nuit filiū. ſed mox vt voluit ſine tempo
re et impoſſibiliter ex ſe vnigenitū de-
monſtrauit.

**Hic queritur an pater potuerit vel vo-
luerit gignere filium.** Septima diſtinctio

HIc ſolet queri a quibuſdā. vtꝝ
pater potuerit uel voluerit gi-
gnere filium. Si eñ inquiūt po
tuit uel voluit gignere filiū. ergo potuit
aliquid et voluit qđ nec voluit nec po-
tuit filius. Nam filius nec potuit nec vo
luit generare filiū. Cui verſucie facile re
ſpondem9 dicentes poſſe vel velle gene
rare filiū. nō eſt aliquid poſſe uel velle
ſubiectū potentie uel voluntati. Eſt ta-
men aliqua potentia uel volūtas ſcʒ poſ
ſe uel velle generare filiū. et ideo diſtin
guenda eſt intelligentia ꝓpoſiti verbi.
poſſe uel velle gignere filium. eſt poſſe
vel velle aliquid. neq3 eñ generatio filij
aliquid eorum eſt. qui ſubiecta ſunt di-
uine potentie et voluntati. nec eſt ali-
quid inter omnia uel de omnib9. ſed ſu-
per omnia ⁊ ante omnia. Non eñ ante
voluit uel potuit q̄ genuit. ſicut nec an
te fuit q̄ genuit. q2 ab eterno fuit. ⁊ ab
eterno genuit. Ex ſimili quoq3 hoc vi-
dere poſſum9. Pater eñ poteſt eſſe pa
ter ⁊ vult eſſe pater. fili9 aūt nec poteſt
nec vult eſſe pater. g° pater poteſt uel
vult eſſe aliquid qđ non poteſt uel vult
eſſe filius. nō ſequit. q2 eſſe patrem non
eſt eſſe aliquid. ut in ſequenti oſtendet.

**Ponit quedam verba aug. vnde poteſt
moueri auditor.**

SEd vehementer nos mouet qđ
aug. ait in primo li. ꝯtra maxi-
minū qui aſſerebat patrem po-
tentiorē eſſe filio. eo q filiū genuit deū
creatorem. filius aūt nō. dicebatq3 pa-
trem potuiſſe gignere. filium aūt nō. et
ideo potentiorē eſſe filio. Ad qđ reſpō-
dens aug. dicere videt. q filius etiā po
tuit gignere. volens oſtendere patrē nō
eſſe potentiorem filio. his verbis. Abſit
vt ideo potentior ſit pater filio. ſicut pu
tas. q2 creatorē genuit pater. filius aūt
nō genuit creatorē. neq3 eñ non potuit
ſed nō oportuit. Vide eñ et diligenter
attende hec verba. nō eñ nō potuit. ſed
nō oportuit. videt eñ dicere q fili9 po
tuit gignere ſed nō oportuit. et ita po-
tuit qđ nō oportuit. quare aūt nō opor
tuit ſubdit dicens. Immoderata enim
eſſet diuina generatio ſi genit9 fili9 ne-
potem gigneret patri. q2 et ipſe nepos.
niſi auo ſuo ꝓnepotem gigneret ſcḋm ve
ſtram admirabilē ſapientiā impotēs di
ceret. Similiter etiā ille ſi nepotem nō
gigneret auo ſuo. ⁊ pronepotem pauo
ſuo. nō a vobis appellaret omnipotens
nec impleret generationis ſeries. ſi ſem
per alter ex altero naſceret. nec eā perfi
ceret vllus. ſi nō ſufficeret vn9 omnipo
tens. Itaq3 omnipotentē genuit filium
patris natura nō fecit.

**Opponit predictis verbis aug.**

HOc aūt nō videt quibuſdā poſ-
ſe ſtare ſcʒ q filius potuerit gi-
gnere. Si eñ potuerit fili9 gi-
gnere potuit eſſe pater et ſi potuit eſſe
pater. potuit ergo eſſe pater vel ſui vel
patris uel ſſ. uel alicui9 alius. ſed alius
nō. q2 nullus alius ſemp fuit. nec patris
q2 pater eſt ingenitus ⁊ innaſcibilis. nec
ſui. q2 nulla res ſeipſam gignere pt. nec
ſpirituſſancti. q2 naſci nō potuit. Si eñ
naſci potuit. potuit eſſe filius. et ita mu
tabilis eſſe potuit.

**Hic querit quomō intelligenda ſint.**

QUomodo ergo accipiet qđ ſu-
pra dictū eſt. non eñ nō potuit
gignere. ſed nō oportuit quaſi
potuit ſed nō oportuit. Non eſt nobis

pſpicuū aperire quomodo ſit hoc verū
et ideo ſub ſilentio potius eſſet ꝑtereun
duꝫ niſi me ſup hoc aliquid loqui coge
ret inſtantia querentium.

**Hic aperit̃ et quo ſenſu accipiēda ſint.**

POteſt ergo ſic intelligi. Nō em̄
nō potuit ſed nō oportuit. id ē
non ex impotentia ſui fuit q̄ fi-
lius nō genuit. ſed ei nō ɔueniebat ſicut
deus filius nō eſt deus pater. nec tamen
hoc ex impotentia ſui eſt. Nam et pater
nō eſt fili9. nec eſt ex impotentia patris
Sed querit maximin9 arrianoꝝ ep̄s. vn
de ergo eſt q̄ pater nō poteſt eſſe filius
vel filius pater. Nō vtiqꝫ ex impotentia
ſed pater ꝓprietate generationis pater
eſt. qua oportet eū non eſſe filium. et fi-
lius ꝓprietate natiuitatis filius eſt. qua
oportet eum nō eſſe patrem. de quibus
ꝓprietatibus poſtea plenī9 tractabit̃.

**Vtrum pater natura ſit potens gigne-
re filiū. et an hoc ſit aliq̄ potentia que
ſit in filio.**

ITem queritur a quibuſdam. ſi
pater potens ſit natura gigne-
re filiū. et an hoc ſit aliqua po-
tentia que ſit in filio. Ad qd̄ dicimus q2
nō eſt potens niſi natura. eius em̄ pote-
tia natura eſt vel eſſentia. At inquiunt
illi. ſi potens eſt gignere. habꝫ ergo po-
tentiā gignendi. Filius aūt habꝫ poten-
tiam gignendi ſi nō poteſt gignere. ha-
bet ergo aliquā potentiā pater quā nō
habet filius. Nō ſequit̃ eandē em̄ poten
tiam habet penitus filius quā et pater.
qua pater potuit gignere. ⁊ filius gigni
potuit. Eadem em̄ potentia eſt in filio.
qua potuit gigni que ē in patre qua po-
tuit gignere. Sed ɔtra hoc opponitur.
Aliud eſt poſſe gignere. aliud eſt poſſe
gigni. q2 aliud eſt gignere. aliud gigni
Hoc diſtinguendum eſt. Si em̄ cum di
cit̃ aliud ē poſſe gignere. aliud poſſe gi
gni. aliaꝫ ſignifices potentiā qua pater
potens eſt gignere. ⁊ aliā qua filius po-
tens eſt gigni. falſus eſt intellectus. Si
aūt dicas patrē poſſe habere aliā ꝓprie
tatem ſiue notionem qua genitor eſt. et
filiū aliam qua genitus eſt. verus eſt in
tellect9. Aliā em̄ habet pater ꝓprietatē
qua pater eſt. aliā filius. qua filius eſt.

**Quomō ſit intelligendū filius habꝫ vel
nō habet potentiā generandi.**

ITa etiā cum dicit̃ filius nō ha-
bet potentiam generandi quāꝫ
pater habet. dupliciter intelli-
gi poteſt. Si em̄ dicat̃ non habet filius
potentiā generandi quā et pater. id eſt
qua potens ſit ad generandū. id ē vt ge
nuerit vel vt generet ſicut pater verum
eſt. Si vero intelligat̃ ſic. nō habet po
tentiā qua poſſit gigni. vel genitus eſſe
qua eadem pater potens eſt vt genue-
rit vel vt generet falſum eſt. Sicut di-
cit̃ pater habꝫ potentiā qua poteſt eſſe
pater. filius vero non habet potentiam
qua poſſit eſſe pater et ecōuerſo. filius
habet potentiā qua poteſt eſſe fili9. pa-
ter vero non habet potentiā qua poſſit
eſſe filius. habet ergo aliquā pater quā
nō habet filius et ecōuerſo. Abſit quia
eadē eſt potentia patris qua poteſt eſſe
pater. et filij qua poteſt eſſe filius. Ita
etiā eadem eſt voluntas. qua pater vult
eſſe pater nō filius. et filius vult eſſe fi-
lius nō pater. et eadem eſt voluntas fi-
lij qua vult eſſe genitus. ⁊ patrē genuiſ
ſe. ⁊ eadē voluntas patris qua vult eſſe
genitor. et filiū genitum eſſe.

**De ꝓprietate et incōmutabilitate ⁊ ſim
plicitate eſſentie dei.**

NVnc de veritate ſiue ꝓprietate
et incōmutabilitate atqꝫ ſimpli
citate diuine nature vel ſubſtā
tie ſiue eſſentie agendum eſt. Eſt itaqꝫ
deus vt ait aug̃. in. v. li. de trini. ſine du
bitatione ſubſtantia. vel ſi meli9 hoc ap
pellat̃ eſſentia. quā greci vſiam vocant
ſicut em̄ ab eo qd̄ eſt ſcire dicta ē ſcien-
tia. ita ab eo qd̄ eſſe dicta eſt eſſentia.

Et quis magis eſt qȝ ille qui dixit famulo ſuo. ego ſum qui ſũ. et dices filijs iſrahel qui ē miſit me ad vos. Ipſe vere ac ꝓprie dicit̃ eſſentia. cuiꝰ eſſentia nõ nouit ꝑteritũ vel futurũ. Unde hieroꝰ ad marcellam ſcribens ait. Deus ſolus qui exordium nõ habet vere eſſentie nomen tenuit. qꝛ in eiꝰ ꝯparatione qui vere eſt qꝛ incõmutabilis eſt. quaſi nõ ſunt que mutabilia ſunt. De quo em̃ dicitur fuit non eſt. et de quo dicit̃ erit. nõdum eſt. Deus aũt tantũ eſt qui non nouit fuiſſe vel futurũ eſſe. Solus ergo deus vere ē cuiꝰ eſſentie ꝯparatũ noſtrũ eſſe nõ eſt.

¶ Qualiter intelligenda ſunt verba hieronimi querendum eſt.

Hic diligenter aduertendum eſt quomodo intelligi debeãt illa verba hiero. ſcȝ deus tantuȝ eſt ⁊ nõ nouit fuiſſe. vel futurũ eē. tanq̃ nõ poſſit dici de deo fuit vel erit. ſȝ tñ eſt cũ de eo ſcriptũ frequent̃ repiamꝰ fuit ab eterno. fuit ſp. ⁊ erit in ſecula et huiuſmodi. Unde videt̃ qꝛ nõ eſt tantum dicendũ de deo. fuit vel eſt vel erit. Si em̃ diceret̃ tantuȝ fuit putaret̃ qȝ deſierit eſſe. Si diceret̃ tantũ eſt. putaretur qȝ nõ ſemp fuerit. ſȝ eſſe ceperit. Si tñ diceret̃ erit putaret̃ nõ eſſe modo. Dicat̃ ergo qꝛ ſemp fuit eſt ⁊ erit. vt intelligat̃ qꝛ nec cepit nec deſijt nec deſinit nec deſinet eſſe. De hoc aug. ſup iohãnem ita ait. Cuȝ de ſempiterna re ꝓprie dicat̃ eſt. ſcdȝ nos bene dicit̃ fuit ⁊ erit. fuit qꝛ nunq̃ defijt. erit qꝛ nunq̃ deerit. eſt qꝛ ſemp eſt. nõ ꝑterijt quaſi qd non maneat. nõ oriet̃ quaſi qd nõ erat. Cuȝ ergo nr̃a locutio ꝑ tẽpora variet̃. de eo vere dicunt̃ verba cuiuſlibet tp̄is. qui nullo tp̄e defuit vel deeſt vel deerit. et ideo nõ eſt mirum ſi de ſpiritu veritatis veritas loquẽs dixit ꝑ futurũ. Quecũqȝ audiet loquet̃. Audiet ſcȝ ab eo a quo ꝓcedit. audire illius eſt ſcire. idem etiã eſſe. a quo ergo illi ē eſſentia. ab illo audientia. id eſt ſcientia que non eſt aliud qȝ eſſentia. Audiet ergo dixit de eo qd audiuit. et audiet. id ē qd ſp ſciuit ſcit et ſciet. Ecce hic dicit aug. verba cuiuſlibet tp̄is dici de deo ſȝ ꝓprie eſt. Illud ergo qd hieroꝰ. dicit ita intelligenduȝ eſt. Nõ nouit fuiſſe vel futurũ eſſe ſȝ tm̃ eſſe. id ē cũ dicit̃ de deo qȝ fuit vel erit nõ eſt intelligendũ qȝ ꝑterierit vel futurus ſit. ſȝ qȝ exiſtat ſimplicit̃ ſine aliquo tp̄ali motu. licet em̃ verba ſubſtantiua diuerſorũ tp̄m de deo dicantur. vt fuit erit. eſt. erat. nõ tamen tp̄ales motꝰ eē diſtinguũt ſcȝ ꝑteritũ vel futurũ. vel ꝑtertum impfectum. vel ꝑteritũ ꝑfectum vel ꝑteritũ pluſq̃ꝑfectũ. ſȝ eſſentiã ſiue exiſtentiã diuinitatis ſimplicit̃ inſinuãt. Deus ergo ſolus ꝓprie dicit̃ eſſentia vel eſſe. Vñ hylariꝰ in. vij. li. d̃ tri. ait. Eſſe nõ eſt accidẽs deo. ſed ſubſiſtens veritas ⁊ manens cauſa. et naturalis generis ꝓprietas.

¶ Hic de incõmutabilitate.

Sed etiaȝ ſolius eſſentia incõmutabilis dicit̃ ꝓprie. qꝛ nec mutat̃ nec mutari poteſt. Unde aug. in. v. li. de trin. Alie inquit eſſentie vel ſubſtãtie capiũt accidentia quibꝰ in eis fiat vel magna vel quãtacũqȝ mutatio. Deo aũt aliquid hmõi accidere nõ põt ⁊ ideo ſola ſubſtantia vel eſſentia q̃ eſt deꝰ incõmutabilis eſt. cui ꝑfecto maxime ac veriſſime ꝯpetit eſſe. Qd em̃ mutat̃ nõ ſeruat ipm eſſe. ⁊ qd mutari põt etiaȝ ſi nõ mutet̃ põt qd fuerat nõ eſſe. Ideoqȝ illud ſolũ qd nõ tantuȝ nõ mutat̃. verũ etiã mutari omnino nõ poteſt Veriſſime dicit̃ eſſe id ē ſubſtantia pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Ideoqȝ apoſtolꝰ loquens de deo ait. Qui ſolus habet immortalitatem.

¶ Que ſit vera immortalitas que in ſolo creatore eſt.

Item ait aug. in. j. li. de trin. Cũ anima quodãmodo immortalis eſſe dicat̃. et ſic non diceret aplũs. ſolus deus hȝ immortalitatẽ. niſi qꝛ vã imortalitas incõmutabilitas

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

eſt· quaꝫ nulla poteſt habere creatura·
quomā ſolus creatoris eſt· Vñ iacobꝰ
ait. Apud quem nō eſt trāſmutatio·nec
viciſſitudinis obūbratio·et dauid. Mu
tabis ea ⁊ mutabunt̄ tu aūt idē ipe es.
Ideo aug· ſup geñ·dicit·q₇ deus nec p
loca nec p tpa mouet̄·Creatura vero p
loca ⁊ tpa· Et p tempora moueri eſt p
affectiones ↄmutari·Deus aūt nec loco
nec affectione mutari poteſt· qui p pro
phetam ait. Ego deus ⁊ nō mutor·qui
eſt immutabilis ſolus. vnde recte ſolus
dicit̄ habere immortalitatem· In omni
eñ mutabili natura vt ait augꝰ·contra
maximinū·nōnulla mors ē ipa mutatio·
qꝛ facit aliqd in ea non eſſe qd erat. Vñ
et ipa anima humana que idō dicit̄ im
mortalis· qꝛ ſcdm modū ſuū nunq₇ deſi
nit viuere· habet tamen quandā mortē
ſuam·qꝛ ſi iuſte viuebat ⁊ peccat·morit̄
iuſticie·ſi peccatꝛ erat ⁊ iuſtificat̄·mo
ritur peccato vt alias eius mutationes
taceā· de quibꝰ modo longū eſt diſpu
tare·Et creaturaꝝ natura celeſtiū mo
ri potuit qꝛ peccare potuit. Nā ⁊ ange
li peccauerūt ⁊ demones facti ſunt quo
rum eſt dyabolus princeps· et qui non
peccauerūt peccare potuerunt. Et cui
cūqꝫ rationali creature preſtat̄ vt pec
care nō poſſit· nō eſt hoc nature ꝓprie·
ſed dei gratie· et ideo ſolus deus vt ait
apoſtolus habet immortalitatē· qui nō
cuiuſq₇ gratia ſꝫ natura ſua·nec potuit·
nec poteſt aliqua ↄuerſione mutari· nec
potuit nec poterit aliqua ↄuerſione pec
care. Proinde vt ait aug·in primo li·de
trin·ſubſtantiaꝫ dei ſine vlla ſui ↄmuta
tione mutabilia facientē et ſine vllo ſuo
temporali motu tpalia creantem intue
ri et noſſe·licet ſit difficile oportet. vere
re ac ꝓprie ergo incōmutabilis eſt ſola
diuinitatis eſſentia que ſine ſui muta
tione cūctas ↄdidit naturas·

¶ Hic de ſimplicitate·

Eadem qꝫ ſola ꝓprie ac vere ſim
plex eſt· vbi nec partiū nec acci
dentiū ſeu quarūlibet formarū
vlla eſt diuerſitas ſiue varitio vel mul
titudo. Vt aūt ſcias quomodo ſimplex
ſit illa ſubſtantia te docet augꝰ·in·vj.
libro de trinitate·

¶ Quare creatura ſit multiplex et non
ſimplex·

Nimaduerte primo quare om
nis creatura ſit multiplex ⁊ nul
lo modo vere ſimplex·et primū
de corporali·poſtea d̄ ſpūali creatura.

¶ Hic de corporali oſtenditur quare ſit
multiplex·

Corporalis vtiqꝫ creatura ptī
bꝰ ↄſtat· ita vt ſit ibi alia pars
minor· alia maior· et maius ſit
totū q₇ quelibꝫ ps. Et in vnoquoqꝫ cor
pore aliud eſt magnitudo· aliud color·
aliud eſt figura·Poteſt enim ⁊ minuta
magnitudine manere idē color ⁊ eadē
figura·⁊ colore mutato manere eadem
figura et eadem magnitudo. Ac p hoc
multiplex eſſe cōuincit̄ natura corporis
ſimplex autē nullo modo·

¶ Hic de ſpirituali creatura oſtēdit quo
modo ſit multiplex ⁊ nō ſimplex·

Creatura quoqꝫ ſpiritualis vt ē
anima in ↄparatione quidē cor
poris eſt ſimplex·ſine ↄparatōe
vero corporis ē multiplex et nō ſimplex
Que ideo ſimplex dicit̄ reſpectu corpo
ris·qꝛ mole nō diffundit̄ p ſpaciuꝫ loci·
ſed in vnoquoqꝫ corpore· ⁊ in toto to
ta eſt· et in qualibet eius pte tota eſt.
Et ideo cuꝫ ſit aliquid in quauis exigua
pticula corporis qd ſentiat anima quā
uis nō fiat in toto corpore· illa tamē to
ta ſentit qꝛ totam nō latet. Sed tñ nec
in ipa anima vera ſimplicitas eſt. Cum
eñ aliud ſit artificioſum eſſe·aliud iner
tem·aliud acutuꝫ·aliud memorēꝫ·aliud
cupiditas·aliud timor·aliud leticia· ali
ud triſticia· poſſuntqꝫ hec et alia hmōi

innumerabilia in anime inueniri natura
et alia ſine alijs. ⁊ alia magis alia min⁹
Manifeſtum eſt nõ ſimplicem ſed mul-
tiplicem eſſe naturã. Nichil em̃ ſimplex
mutabile eſt. omnis aũt creatura muta
bilis eſt. nulla ergo creatura vere ſim-
plex eſt. Deus vero et ſi multipliciẽ di-
cat̃. vere tamẽ et ſumme ſimplex eſt. Di
cit̃ em̃ magnus. bonus. ſapiens. beatus
verus. et quidq̃d aliud nõ indigne dici
videt̃. ſed eadẽ magnitudo eius eſt que
ſapientia. Non em̃ mole magnus eſt ſed
virtute. et eadẽ bonitas que ſapientia
⁊ magnitudo ⁊ veritas. ⁊ nõ eſt ibi aliud
ipm̃ beatũ eſſe. et aliud magnũ aut ſapi
entem. aut verũ aut bonũ eſſe. aut om-
nino eſſe.

¶ Qualiter cũ deus ſimplex ſit multiplex
tamen dicatur.

Hic diligenter notandũ eſt cum
dicat aug. ſolũ deũ vere ſimpli-
cem eſſe. cur dicat eundẽ multi
pliciter dici. ſed hoc nõ ꝓpter diuerſita-
tem accidentiũ vel partiũ dicit. ſꝫ ꝓpter
diuerſitatẽ ac multitudinem noim̃. que
de deo dicunt̃. que licꝫ multiplicia ſint
vnũ tamen ſignificans ſcꝫ diuinã naturã
hic em̃ nõ ita accipiunt̃. cũ de illa incõ-
mutabili eternaqꝫ ſubſtantia incõpara-
biliter ſimpliciore q̃ eſt human⁹ anim⁹
dicunt̃. queadmodũ d̃ creaturis dicunt̃
Unde aug. in. vj. li. de trini. deo eſt hoc
eſſe. qd̃ eſt forte eſſe vel ſapiẽtẽ eſſe vel
iuſtũ eſſe. et ſi quid de illa ſimplici mul
tiplicitate l' multiplici ſimplicitate dixe
ris. quo ſubſtantia eius ſignificet̃. hũa-
no aũt animo nõ eſt hoc eſſe qd̃ eſt for
tem eſſe. aut prudentem. aut iuſtũ. Po-
teſt enim eſſe animus et nullã iſtaꝝ ha-
bere virtutem.

¶ Tanta eſt dei ſimplicitas q, nulli p̃dica
mentoꝝ ſubicitur.

Quod aũt in natura deitatis nul
la ſit accidentiũ diuerſitas. nul
laqꝫ penitus mutabilitas. ſꝫ pfe
cta ſimplicitas. oſtendit aug. in. v. li. de
trini. dicens. Intelligam⁹ deũ quantũ
poſſumus. ſine qualitate bonũ. ſine quã
titate magnũ. ſine indigentia creatorẽ
ſine ſitu p̃ſidentem. ſine habitu omnia
otinentẽ. ſine loco vbiqꝫ totũ. ſine tem
pore ſempiternũ. ſine vlla ſui mutatione
mutabilia facientẽ. nichilqꝫ patientem.
Quiſquis deũ ita cogitat. et ſi nondum
poteſt omnino inuenire quid ſit. pie tñ
caueat quantũ poteſt aliquid de illo ſen
tire q, nõ ſit. Ecce ſi ſubtiliter intendas
ex his atꝫ p̃dictis aperit̃ illa p̃dicamen-
ta artis dyaletice dei nat̃e minime ouẽ-
nire. q̃ nullis eſt ſubiecta accidentib⁹.

¶ Q, deus nõ proprie ſed abuſiue dicitur
ſubſtantia.

Unde nec ꝓprie dicit̃ ſubſtantia
vt aug. oſtendit in li. vij. de tri.
Sicut ab eo qd̃ eſt eſſe appel-
latur eſſentia. ita ab eo qd̃ eſt ſubſiſtere
ſubſtantiã dicim⁹. ſi tamen dignũ eſt vt
deus dicatur ſubſiſtere. Hoc em̃ de his
rebus recte intelligit̃ in quib⁹ ſubiectis
ſũt ea que in aliquo ſubiecto eſſe dicunt̃
ſicut in corpe color aut forma. Corpus
em̃ ſubſiſtit. et ideo ſubſtantia eſt. Res
vero mutabiles. neqꝫ ſimplices ꝓprie di
cunt̃ ſubſtantie. Deus aũt ſi ſubſiſtit vt
ſubſtãtia ꝓprie dici poſſit. ineſt in eo ali
quid tanq̃ in ſubiecto et nõ eſt ſimplex
Nephas aũt eſt dicere vt ſubſiſtat de⁹
Et ſubſit bonitati ſue atqꝫ illa bonitas
nõ ſubſtãtia ſit vel poti⁹ eſſentia. Neqꝫ
ipe deus ſit bonitas ſua. ſꝫ in illo ſit tan
q̃ in ſubiecto. Unde manifeſtum eſt de
um abuſiue ſubſtantiã vocari. vt nomi-
ne vſitatiore itelligat̃ eſſentia. qd̃ vere
ac ꝓprie dicit̃. ita vt fortaſſe ſolum deũ
dici opteat eſſentiã. Eſt em̃ ṽe ſolus. q2
incõmutabilis eſt.

¶ Q, nõ eſt aliqd̃ in deo quod nõ ſit de⁹

Cui⁹ aũt eſſentie ſimplicitas ac
ſinceritas tanta eſt. q, non eſt
in ea aliquid quod nõ ſit ipa. ſꝫ
idem eſt habens ⁊ quod habet̃. Unñ hy
larius in. vj. li. de tri. ait. Nõ ex compoſitis

deus qui vita eſt ſubſiſtit. neqʒ qui vir=
tus eſt ex infirmis cõtinet. neqʒ q̄ lux eſt
ex obſcuris coaptat. nec qui ſpũs eſt ex
diſparib⁹ formalis eſt. totũ qḋ in eo eſt
vnũ eſt. Idem in. viij. li. de trini. Nõ hu
mano modo ex cõpoſitis deus eſt. vt in
eo aliud ſit qḋ ab eo habet. et aliud ſit
ipe qui habeat. ſed totũ vita eſt. natura
ſcʒ pfecta ꝛ infinita. et nõ ex diſparib⁹
ꝯſtituta ſed viuens p totũ ipa. De hoc
eodem boetius in primo li. de trini. ait.
Quocirca hoc vere vnũ eſt in quo null⁹
numerus. nullũ in eo aliud preter id qḋ
eſt. neqʒ em̃ ſubiectũ fieri poteſt. Aug⁹
quoqʒ in li. de fide ad petrum dicit. In
dei ſubſtantia nõ eſt aliquid qḋ non ſit
ſubſtantia quaſi aliud ſit ibi ſubſtantia
aliud qḋ accidat ſubſtantie. ſʒ quidqḋ
ibi intelligi põt ſubſtantia eſt. verũ hec
dici poſſunt facile et credi. videri autẽ
niſi puro corde om̃ino nõ poſſunt. Itẽʒ
in. xv. li. de trini. Sic habetur in natura
vniuſcuiuſqʒ triũʒ. vt qui habet hoc ſit
qḋ habet. ſicut immutabilis ſimplexqʒ
ſubſtantia. Unde yſidor⁹ ait. Deus ſim
plex dicit ſiue nõ amittendo qḋ habet
ſeu qḋ aliud non eſt ipe. et aliud qḋ in
ipo eſt. Et cũ tante ſimplicitatis atqʒ ſin
ceritatis ſit natura diuina. eſt tamen in
ea trinitas pſonarũ. Unde aug. in li. xj.
de ciuitate dei ait. Non ꝓpter hoc natu=
ram ſummi boni ſimplicem dicim⁹ quã
eſt pater in ea ſolus. aut filius in ea ſo=
lus. aut ſpũſſanctus in ea ſolus. id eſt qʒ
eſt ſola iſta noĩm trinitas ſine ſubſiſten
tia pſonaꝝ. ſicut ſabelliani putauerunt
Sʒ ideo ſimplex dicit. qʒ eſt hoc qḋ ha
bet. excepto qḋ relatiue queqʒ pſona ad
alteram dicit nec eſt ipa. Nam vtiqʒ pa
ter habʒ filiũ ad quẽʒ relatiue dicit. nec
tamen eſt filius. ꝛ filius habet patrem.
nec tamen ipe eſt pater. in quo vero ad
ſemetipm̃ dicit. nõ ad alterũʒ. hoc ẽ qḋ
habet. ſicut ad ſemetipm̃ dicit. viu⁹ ha=
bendo vitã et eadem vita eſt ipe. Pro=
pter hoc itaqʒ natura hec dicit ſimplex
qḋ non ſit aliud habens et aliud id qḋ
habet. ſicut in ceteris rebus eſt. Nõ em̃
habens liquorem liquor eſt. nec corpus
color. nec anima eſt ſapientia. Ecce quã
ta eſt ydemptitas. quãta eſt vnitas. im=
mutabilitas. ſimplicitas. puritas diuine
ſubſtantie. iuxta infirmitatis noſtre vali
tudinem aſſignauimus.

## De diſtinctione perſonaꝝ.

Nunc ad diſtinctionem pſonarũ
accedam⁹. Teneamus ergo vt
docet aug. in li. ḋ fide ad petꝝ
Patrem ꝛ filiũ et ſpiritũſanctũ vnũ eſſe
deũ naturaliter nec tamen ipm patrem
eſſe qui filius eſt. nec filiũʒ eſſe ipm qui
pater eſt. nec ſpiritũſanctũ eſſe ipm qui
pater eſt aut filius. Una em̃ eſt eſſentia
patris et filij ꝛ ſpiritusſancti. In qua nõ
eſt aliud pater. aliud filius. aliud ſpũſ=
ſanctus. quis pſonaliter. alius ſit pater
alius filius. alius ſpiritusſanctus.

## Hic de coeternitate filij et patre.

Genitus eſt em̃ a patre filius. et
ideo alius. nec tamen ante fuit
pater qʒ filius. Coeterne enim
ſunt ſibi tres perſone.

## Argumentatio arrianoꝝ.

Sed ꝯtra hoc inquit heretic⁹ vt
refert ambroſi⁹ in primo li. de
trini. Omne qḋ natũ eſt princi=
piũ habet. et ideo qʒ fili⁹ natus ẽ. princi
piũ habet. et eſſe cepit. qḋ hereticorum
ore ſic dictuʒ eſt. Nam ipe arrius vt me
minit aug. in. vj. li. de trini. dixiſſe fert.
Si filius eſt. natus eſt. ſi natus ẽ. erat.
quando nõ erat filius.

## Reſponſio aug. catholica.

Qui hoc dicit nõ intelligit etiaʒ
natuʒ eẽ deo. ſempiternũqʒ eſſe
vt ſit coetern⁹ patri fili⁹. ſicut
ſplendor qui gignit ab igne atqʒ diffun
ditur. coeuus eſt igni. ꝛ eſſet coeternus
ſi ignis eſſet eternus.

**Oppoſitio aug̃· ꝯtra hereticum.**

Item in eodem ſi dei filius inq̄t
aug̃· virtus et ſapientia dei eſt.
nec vnq̄ fuit deus ſine virtute
et ſapientia· coetern⁹ eſt deo patri fili⁹
Dicit aūt apoſtolus xp̄m eſſe dei virtu-
tem ⁊ dei ſapientiā· aut ergo nō fuit· q̄n
nō fuit filius· aut aliquādo deus nō ha-
buit virtutem et ſapientiā q̄d dementis
eſt dicere· cōſtat em̄ q: ſemp habuit ſa-
pientiā· ſemp ergo habuit filium·

**Reſponſio ambroſij ad idem autorita-
te fulta·**

Eidem quoq: arrianice queſtio
in ambro· in hūc modū reſpon-
det· Ego inquā filiū eſſe natum
ꝯfiteor q̄d reliquū eſt impietatis horre
ſco. Scriptū eſt em̄ in veteri teſtamen
to vt vel vnū de pluribus dicā· ante me
non fuit alius deus et poſt me non erit·
quis ergo hoc dicit. Pater an fili⁹. Si
filius ante me inquit· nō fuit alius deus
Si pater poſt me inquit nō erit· hic pri-
orem et ille poſteriorem nō habet. In-
uicem em̄ in ſe et pater in filio et fili⁹ in
patre ꝯgnoſcit·

**Ratione vtit̃ ambroſius ꝯtra hereticū·**

Quem em̄ patrem dixeris ei⁹ etiā
filiū deſignaſti· q: nemo ip̄e pa
ter eſt ſibi. Cum filiū nominas
etiā patrem fateris· q: nemo ip̄e ſibi fi-
lius eſt· Itaq: nec filius ſine patre· nec
pater poteſt eſſe ſine filio· Semp ergo
pater· ſemp ⁊ filius·

**Inuectio ambroſij ꝯtra hereticū·**

Item dic michi heretice· fuit ne
quando omnipotens deus· pat̃
nō erat· et deus erat. Nā ſi pa-
ter eſſe cepit· deus ergo primo erat· et
poſtea pater factus eſt. Quomō ergo
immutabilis deus eſt. Si em̄ ante de⁹
poſtea pater fuit· vtiq: generatōis ac-
ceſſione mutatus eſt· ſed auertat deus
hanc amentiam·

**Ineffabile eſt quomodo filius ſit ⁊ nō
habeat patrem priorem· ſicut mod⁹ ge
neratōs intelligibilis et ineffabilis eſt·**

Sed queris a me inquit ambro·
quomō ſi filius ſit· nō priorem
habeat patrē· quero item a te
quādo vel quomodo filiū putes eſſe ge
neratū. Michi em̄ impoſſibile eſt gene-
rationis ſcire ſecretū· Mens deficit· vox
ſilet· nō mea tantū ſed ⁊ angeloꝝ ſupra
poteſtates ⁊ ſupra angelos ⁊ ſupra che
rubin et ſupra ſeraphin et ſupra omnem
ſenſum eſt· q: ſcriptū eſt. Pax xp̄i ſupra
omnē ſenſum eſt. Et ſi pax xp̄i ſupra om
nem ſenſum eſt· quomō nō eſt ſupra om
nem ſenſum tanta generatio· Tu ergo
ori manū admoue· ſcrutari non licet ſu-
perna miſteria· licet ſcire q̄ nat⁹ ſit nō
licet diſcutere quomō natus ſit. Illud
michi negare nō licet· hoc querere me
tus eſt. Ineffabilis em̄ eſt illa genera-
tio. Vnde yſaias. Generationē eius q̄s
enarrabit.

**Quidam ꝑſumūt diſcutere generatio-
nis ſeriem.**

Quidam tamen de ingenio ſuo
ꝑſumentes· dicūt illā generatio
nem poſſe intelligi et alia hmōi
inherētes illi autoritati iero· ſup eccle·
In ſacris ſcripturis quis ſepiſſime non
ꝓ impoſſibili ſed ꝓ difficili poni̇t vt ibi
Generationē eius quis enarrabit. Sed
hoc nō dixit iero· ideo q̄ generatio filij
eterna plene intelligi vel explicari poſ-
ſit a quoq̄ mortaliū· ſed q: de ea aliq̄d
intelligi vel dici p̄t· Quidā tn̄ hoc acci
piūt dictū de tēpali xp̄i generatione.

**Vtrum debeat dici ſemp gignitur· vel
ſemp genitus eſt filius·**

Hic queri poteſt cum generatio
filij a patre nec principiū habe-
at nec finem· q: eterna eſt· vtꝝ
debeat dici fili⁹ ſemp gignit̃· vel ſemp
genitus eſt· vel ſemp gignetur. De hoc
gregori⁹ ſup iob ait. Dn̄s deus iheſus
in eo q̄ virtus et ſapientia dei ē· de p̄re

ante tpa natus eſt. vel potius q2 nec cepit naſci. nec deſijt. dicam9 verius ſemp natus. nō aūt poſſum9 dicere ſemp naſcit. ne imꝑfectū eſſe videat. At vero vt eternus deſignari valeat. et ꝑfectus. et ſemp dicam9 ⁊ natus. quaten9 et nat9 ad ꝑfectionē ꝑtineat. ⁊ ſemp ad eternitatem. quāuis ꝑ hoc ipm q2 ꝑfectū dicim9. multū ab illi9 veritatis expreſſione deuiam9. q2 qd factū non eſt non poteſt dici ꝓprie ꝑfectū. ſ3 balbuciendo vt poſſumus excelſa dei reſonamus. et dñs noſtre infirmitatis verbis ↄdeſcendens eſtote inqt ꝑfecti ſicut et pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt. Sup illum locū etiam pſalmi. ego hodie genui te. De hac generatione filij ita loquitur aug. Quā q̄ꝫ ꝑ hoc q2 dicit hodie poſſit etiam intelligi dies ille quo xp̄s ſ3m hominē natus eſt. tamen q2 hodie pſentiā ſignat. atq3 in eternitate neq3 pteritū quicq̄ꝫ ē quaſi eſſe deſierit. neq3 futuꝝ quaſi nōdū ſit. ſed preſens tantuꝫ. q2 quicqd eternum eſt ſemp eſt. diuinit9 accipitur de ſempiterna generatione ſapiētie dei. Ecce hijs verbis oſtendit aug. q2 generatio filij ſemp eſt nec pterijt. nec futura eſt q2 eterna ē. Jdeo em̄ dixit genui ſc3 ne nouū putaret ne videret icepiſſe. hodie dixit ne pterita generatio videretur. Ex his ergo verbis ꝓphete vt ait iohānes criſo9. nichil aliud manifeſtatur niſi q2 ex ipa eſſentia patris ſemp genitus eſt filius.

¶ Origenes videt dicere ↄtrariū ait enim q2 ſemp generat filius a patre.

Origenes vero ſup iheremiam dicit. q2 fili9 ſemp generatur a patre. hijs verbis ſaluator noſter eſt ſapientia dei. ſapientia vero eſt ſplendor eterne lucis. Saluator g° noſter ſplendor ē claritatis. ſplendor autē nō ſemel naſcit ⁊ deſinit. ſed quotiēs ortū fuerit lumen ex quo ſplendor oritur. totiens oritur etiam ſplēdor claritatis. Sic ergo ſaluator ſemper naſcitur. Unde ait in li. ſapientie. an̄ oms colles generat me. Non vt quidā male legūt generauit. Hijs verbis apte oſtendit origenes ſane dici poſſe ⁊ debere fili9 ſemper naſcitur. qd videtur contrarium illi verbo gregorij pmiſſo ſc3. nō poſſumus dicere ſemper naſcitur.

¶ Exponit pmiſſa verba gregorij. ne putetur inter doctores eſſe ↄtrarietas.

Sed ne tanti autores ſibi ↄtradicere inre tanta videant illa verba gregorij benigne interpretemur. Dñs inquit iheſus ante tpa natus eſt de patre. vel potius q2 nec cepit naſci. nec deſijt. dicam9 veri9 ſp natus.

¶ Queſtio de ipis verbis gregorij.

Sed quomodo verius dicit hoc ſc3 q2 filius ſemper natus eſt q̄ꝫ illud ſc3 q2 de patre ante tpa natus eſt. Jllud em̄ ſincera ⁊ catholica fides tenet ac predicat vt illud.

¶ Hic ſoluit.

Quare ergo ait dicam9 veri9 cū vtrūq3 pariter ſit verum niſi q2 volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiā ⁊ expreſſionem veritatis dici q̄ꝫ illud. His etem̄ verbis omnis calūniandi verſutiis hereticis obſtruit aditus. quibus xp̄i ſ3m deitatem generatio ſine inicio ⁊ ſine fine eſſe. ac ꝑfecta mōſtrat. Nō aūt adeo apte manifeſtatur veritas. cū dicit filius ante tpa genitus eſt de patre. vel fili9 ſemp naſcit de patre. Et ideo dicit greg. q2 nō poſſum9 dicere ſemp naſcit. nō inquā ita ↄuenienter. nō ita ↄgrue ad explanationeꝫ veritatis. Poteſt tamen dici ſi ſane intelligat. ſemp em̄ naſcit filius de patre. vt ait origenes. nō q2 quotidie iteretur illa generatio. ſed q2 ſemp eſt. ſemper ergo naſcit. id ē natiuitas ei9 ſempitna eſt.

¶ Q2 filius ſemper generat cōfirmatur ex dictis hylarij.

Hilarius quoqȝ dicit filiuȝ naſci ex patre in li. vij. de trinita. his verbis. viuēs deus ⁊ nature eterne viuentis poteſtas eſt. et qꝫ cuȝ ſacramento ſcientie ſue ex eo naſcit᷑. non potuit aliud eſſe qꝫ viuens. Nam cū ait. ſicut miſit me viuens pater. et ego viuo per patrem. docuit vitam in ſe. p viuentem patreȝ ineſſe. Ecce hic habes qꝛ filius naſcit᷑ ex patre. Item in eodē. Cuȝ dicit xp̄s ſicut pater habet vitam in ſe. ſic ⁊ filio dedit vitam habere in ſemetipſo. omnia viua ſua ex viuente teſtatus eſt. Qꝫ autē ex viuo viuuȝ natum eſt habet natiuitatis pfectū. ſine nouitate nature. Nō em̄ nouū eſt qꝫ ex viuo generat᷑ viuū. qꝛ nec ex nichilo eſt. et vita que natiuitateȝ ſumit ex vita. neceſſe eſt per nature vnitatē. et pfecte natiuitatis ſacramentuȝ vt ⁊ in viuente viuat. et in ſe habeat vitam viuentē. Ecce et hic habes quia generat᷑ ex viuo viuēs filius.

¶ Attende totū qd̕ in deo eſt viuit.

Item in eodem. In deo totum qd̕ eſt viuit. deus em̄ vita eſt. ⁊ ex vita non pōt quicqꝫ eſſe niſi viuū. neqȝ ex deriuatione. ſed ex virtute natiuitas eſt. Ac ſic dū totum qd̕ eſt viuit. et dum totū qd̕ ex eo naſcit᷑. virtus eſt. habet natiuitatem filius. nō demutationē. et hic dicit qd̕ naſcit᷑. Item in ix. li. donat pater filio tantū eſſe quātuȝ eſt ipſe cui innaſcibilitatis eſſe ymaginē ſacramento natiuitatis impartit. quem ex ſe in forma ſua generat. hic dicit quia generat pater filiū.

Breuiter docet quid de hoc concedendum ſit.

Dicamus ergo filiū natū de patre ante tpa ⁊ ſemp naſci de patre. ſed ↄgruentius ſemp natū. et eundē fateamur ab eterno eſſe. et patri coeternū. id ē auctori. pater em̄ generatione auctor filij ē. vt in ſequentibꝫ oſtendet᷑. Vt ergo pater eſt eternꝰ. ita et filius eternus. ſed pater ſine auctore filius vero non. qꝛ pater innaſcibilis. eſt filius natus. Et vt ait hilarius in. xij. li. de trini. aliud eſt ſine auctore ſemp eſſe eternū. aliud eſt patri. id eſt auctori eſſe coeternū. vbi aūt pater auctor eſt. ibi ⁊ natiuitas ē. qꝛ ſicut natiuitas ab auctore eſt. ita et ab eterno auctore eterna ē natiuitas. Omne aūt qd̕ ſemp eſt etiam eternū eſt. ſed tamen nō omne qd̕ eternum eſt etiā innatū eſt. qꝛ qd̕ ab eterno naſcit᷑ habet eternū eſſe qd̕ natū eſt. qd̕ aūt non natū eſt. id cū eternitate nō natum ē. qd̕ vero ex eterno natū ē. id ſi nō eternū natū eſt. iam nō erit ⁊ pater auctor eternꝰ. Si quid ergo ei qui ab eterno patre natus ē. ex eternitate defuerit idipm̄ auctori nō eſt ambiguū defuiſſe. qꝛ ſi gignenti eſt infinitū gignere. et naſcenti etiā infinitum naſci eſt. Medium em̄ quid inter natiuitatem dei filij ⁊ generationeȝ dei patris. nec ſenſus admittit. qꝛ ⁊ in generatione natiuitas ē. ⁊ in natiuitate generatio eſt. qꝛ ſine vtroqȝ neutrū ē. vtrūqȝ gͦ ſine interuallo ſui ē.

¶ Argumentatio heretici.

Sed inquiet hereticus. Om̄e qd̕ natum eſt non ſemper fuit. qꝛ in id natum eſt vt eſſet.

¶ Reſponſio hylarij.

Nemo ambigit quin ea que in rebus humanis nata ſunt. aliquādo non fuerint. Sed aliud ē ex eo naſci qd ſemp nō fuit. aliud ex eo natum eſſe qd̕ ſemp eſt. Ibi nec ſemp fuit qui pater ē. nec ſemp pater ē. ⁊ qui non ſemp pater ē. nō ſemp genuit. vbi auteȝ ſemp pater ē. ſemp filius ē.

¶ Quid ſit ꝓpriū patri ⁊ filio.

Quod ſi ſemp deo patri ꝓpriuȝ ē qꝫ ſemp eſt pater. neceſſe ē filio ſemp ꝓpriū eſſe qꝫ ſemp ē filius. Quomō ergo cadet in intelligentiā noſtraȝ vt nō fuerit ſemp. cui ꝓpriū ē ſemp eſſe qd̕ natū ē. Natum ergo vnigenitum deū ↄfitemur. ſȝ natū ante tpa. nec ante

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eſſe q̄ natum. nec ante natū q̄ eſſe. quia naſci qd̄ erat. iam nō tantū naſci eſt. ſed ſeipm̄ demutare naſcendo. Hoc aūt humanū ſenſuꝫ et intelligentiā excedit mūdi. Non hoc capit ratio humane intelligentie ſꝫ prudentie fidelis ꝓfeſſio ē.

¶ Hic de ſpiritusancto agitur et prius q̄ amor patris ⁊ filij dicitur. Decima

ſtendit in primo libro đ trinitate dicēs
Errauerunt hoīes ea que đ xp̄o ſcd̄ꝫ ho
minem dicta ſunt/ ad eius ſubſtantiaꝫ q̄
ſempiterna eſt tranſferenteſ· ſicut illud
quod ip̄e dominꝰ ait· Pater maioꝛ me
eſt· quod ꝓpter formam ſerui veritaſ di
cit· ſm̄ quē modum etiam ſeip̄o minoꝛ
eſt filius· Quomō em̄ non etiam ſeip̄o
minoꝛ factus eſt qui ſeip̄ꝫ exinaniuit for
mam ſerui accipiens· Non em̄ ſic acce-
pit formam ſerui· vt amitteret formam
dei· i qua erat equalis patri· In forma
ergo dei vnigenitus patris/ equalis eſt
patri· In forma ſerui etiam ſeip̄o minoꝛ
eſt· Non ergo immerito ſcriptura dicit
vtrunqꝫ· ſ· et equalem patri filiuꝫ· et pa-
trem maiorem filio· Illud em̄ ꝓpter dei
formā· hoc aūt ꝓpter formā ſerui intel-
ligitur· De hoc eodem in ſcd̄o libro de
tri· aug̃· ait· Dei filius equalis patri ſe-
cundū dei formā/ in qua eſt ⁊ minoꝛ pa
tre· ſcd̄m formaꝫ ſerui· quam accepit in
qua nō minoꝛ patre· ſed etiam ſpūſan-
cto· nec hoc tm̄ ſed etiam ſeipſo minoꝛ
inuentus eſt· Propter qđ vt idem in li-
bro contra maximinū ait· non tantū pa
tre ſed etiā ſeip̄o et ſpūſancto minoꝛ fa
ctus eſt· et etiam minoꝛatus paulo miꝰ
ab angelis· Eſt ergo dei filius ut ip̄e a-
it in primo libro de trinitate deo patri
natura equalis· habitu mioꝛ· i· in forma
ſerui quā accepit· His autoritatibꝰ oñ-
ditur aperte filius ſcd̄ꝫ formā ſerui mi-
noꝛ patre et ſeipſo et ſpiritusancto ·

¶ Hilarius aliteꝛ· ſ· ꝙ pateꝛ ſit maioꝛ nec
filius tñ ſit minoꝛ·

Hilarius aūt dicere videtur / ꝙ
pater ſit maioꝛ filio· nec tamen
filius minoꝛ patre· Pater enim
dicituꝛ maioꝛ ꝓpter autoritatem· quia ī
eo eſt autoritas generatōis ſcd̄m quā
dicit pater maioꝛ me eſt· Et apoſtolus
donauit ei nomen quod eſt ſuper omne
nomen · Cum ergo ait/ pater maioꝛ me
eſt / hoc eſt acſi diceret· donauit michi
nomen· Si ergo inquit hilarius in ·ix· li
bro de trinitate· donātis autoritate pr̄
maioꝛ eſt· nunquid per doni confeſſio-
nem filius minoꝛ eſt· Maioꝛ itaqꝫ do-
nans eſt· ſed minoꝛ iam non eſt· cui vnū
eē donatur · Ait em̄ ego et pater vnum
ſumus· ſed hoc donatur hieſu/ vt confi-
tendus ſit ī gloria dei patris minoꝛ pa
tre eē· Si autem i ea gloria ei donatuꝛ
eſſe qua pater eſt· habeſ et in donantis
autoritate quia maioꝛ eſt· et in donan-
tis confeſſione· quia vnuꝫ ſunt . Maioꝛ
itaqꝫ pater filio eſt· et plane maioꝛ· Cui
tantuꝫ donat eē / quantus eſt ip̄e/ cui in
naſcibilitatis eē imaginē ſacr̄m̄tū natiui
tatis impartit· quem ex ſe in forma ſua
generat· Audiſti lectoꝛ quid ſuper hoc
dicat hilarius / cuius verba vbicunqꝫ
occurrerit diligent̄ nota/ pieqꝫ itellige·

¶ De miſſione ſpūſſancti qua inuiſibiliter mittitur

Iam nunc accedamus ad aſſignan=
dam miſſionem ſpūſſancti qua inuiſi
biliter mittitur in corda fideliū. Nā
ipe ſpūſſanctus qui deuſ eſt ac tercia
in trinitate perſona. vt ſupra oſtenſum ē
a patre et filio ac ſeipo temporaliter p
cedit. i. mittitur ac donatur fidelibus.
ſed que ſit iſta miſſio ſiue donatio / vel
quomō fiat conſiderandum eſt.

¶ Premittitur quiddā ad hanc oſtenſio=
nē neceſſarium. ſ. q̄ ſpūſſanctus ē cari=
tas qua diligimus deū et ꝓximum.

Hoc aūt ut intelligibilius doce=
ri ac plenius ꝑſpici valeat ꝓter
mittendū ē quiddā ad hoc val
de neceſſariū. Dictum quidē ē ſupra et
ſacris autoritatibus oñſum q̄ ſpūſſan=
ctus amor eſt patris et filij quo ſe inui=
cē amant et nos. His aūt addendū ē q̄
ipe idē ſpūſſanctuſ eſt amor ſiue caritaſ
qua nos diligimus deū et ꝓximū. que
caritas cum ita ē in nobis vt nos faciat
diligere deum et ꝓximū. tūc ſpūſſanctꝰ
dr̄ mitti vel dari nobis. et q̄ diligit ipaȝ
dilectōnē. qua diligit ꝓximū. in eoipſo
deum diligit. q̄ȝ ipa dilectio deus eſt et
ſpiritusſanctus.

¶ Autoritatibus ita eē confirmat

Ne aūt in re tanta aliquid d̄ no=
ſtro ifluere videamur ſacris au
toritatibus quod dictū eſt cor
roboremus. De hoc aug̃. in. viij. libro d̄
tri. ita ait. Qui ꝓximū diligit / conſeq̄nſ
eſt / ut precipue deum diligat. Item
in eodem deus dilectio ē ut ait iohan=
nes apoſtolus. Vt quid ergo imus et
currimus in ſublimia celorum et ima t̄=
rarum querentes eum qui ē apud nos.
ſi nos eē velimus apud eum. Nemo di=
cat. non noui quid diligam. diligat fra=
trem / et diligat eandem dilectōnē. Ma
gis em̄ nouit dilectōnem quam diligit.
q̄ fratrem quem diligit. Ecce iam pōt
notiorem dilectōnē habere q̄ fratrem.

plane notōrem. quia preſentiorem. quia
interiorē. quia certiorem amplectere di
lectōnem deū. et dilectōne amplectere
deum. Ipa eſt dilectio que omnes bo=
nos angelos et oīes dei ſeruos cōſoci
at vinculo ſanctitatis. Quanto ergo ſa
niores ſumuſ a tumore ſupbie. tanto ſu
mus dilectōne pleniores. et quo niſi do
plenus eſt qui plenus eſt dilectōne. His
verbis ſatis oſtendit auguſtinus q̄ di=
lectō ipa qua diligimus deū vel ꝓximū
deus eſt. Sed adhuc apertius in eodē
libro ſubdit dicens. Dilectōnē quā cō=
mendat iohannes apoſtolus attendāꝰ
Qui diligit inquit fratrem in lumie ma
net / et ſcandalū in eo non eſt. Manife=
ſtū eſt q̄ iuſticie ꝑfectōnem i fratris di
lectōne poſuerit. Nā in quo ſcandalum
nō eſt / vtiq̄ ꝑfectus eſt. et tn̄ videt di=
lectōnem dei tacuiſſe qđ nunquā faceꝫ
niſi quia in ipa fraterna dilectōne vult
intelligi deū. Apertiſſime ei in eadeȝ epi
ſtola paulo poſt ait. Ita dilectiſſimi di
ligamus inuicem / quia dilectō ex dō ē.
⁊ oīs qui diligit ex dō natus eſt et co
gnouit deum. Qui non diligit non co=
gnouit deum / q̄ȝ deus dilectō eſt. Iſta
cōtexio ſatis aperte d̄clarat eandem ip
ſam fraternam dilectōnem. Nā frater=
na dilectio eſt qua diligimus inuicem.
non ſolū ex deo. ſed etiam deū eſſe tan=
ta autoritate p̄dicari. ſ. iohannis. Cum
g° dilectōe diligiꝰ frēȝ. d̄ dō diligiꝰ frēȝ
nec fieri pōt ut eand̄ dilectiōeȝ n̄ p̄cipue
diligamus qua frēm diligimus q̄m deꝰ
dilectio eſt. Iteȝ qui non diligit fratrē
non eſt in dilectōne. et qui non eſt in di
lectione non eſt in deo. quia deus dile=
ctio eſt. Ecce apte dixit fraēnā dilectō=
nem deū eē.

¶ Q̄ fraterna dilectio cuȝ ſit deus non ē
pater vel filius ſed ſpūſſanctus tm̄

Qvm aūt fraterna dilectio ſit d̄
us. nec pater eſt. nec filius. ſed
tm̄ ſpūſſanctus qui ꝓprie in tri=
nitate dilectio vel caritas dr̄. Vnd̄ aug̃
in. xv. li. de tri. Si in domis dei nichil e

maius caritate· et nullū eſt maiꝰ donuꝫ
dei ꝙ̄ ſpūſſanctuſ· quid conſequentiꝰ ē
ꝙ̄ vt ip̄e ſit caritas que dꝛ et deꝰ ex dō
Ita em̄ ait iohannes dilectio ex deo ē·
Et paulo poſt. deus dilectio ē · vbi ma
nifeſtat eam ſe dilectōnē deum/ quaꝫ di
xit ex deo· deus ergo ex dō /eſt dilectō
Item in eod̄ iohannes volens de hac
re apertius loqui · In hoc iq̄t cognoſci
mus quia in ip̄o manemus et ip̄e in no=
bis· quia de ſpū ſuo dedit nobis· Spūs
itaqꝫ ſanctus de quo dedit nobis· facit
nos in deo manere· et ip̄m in nobiſ· hoc
aūt facit dilectio· Ip̄e eſt ergo deus di
lectio· Ip̄e igitur ſignificatur· vbi legi
tur deus dilectio eſt· Ex his apparet ꝙ
ſpūſſanctus caritas eſt

¶ Q ꝙ nō ē dictum per cauſam illud· deuſ
caritas eſt· ſicut illud tu es patientia et
ſpes mea·

Sed ne forte aliquis dicat illud
eē dictū per exp̄ſſionem cauſe·
deus caritaſ eſt· eo· ſ· ꝙ caritaſ
ſit ex deo/et non ſit ip̄e deus· ſicut dici
tur deus noſtra patientia et ſpes /nō ꝙ
ip̄e ſit iſta· ſed quia iſta ex deo ſunt· oc=
currit auguſtinus oſtendens hoc nō eſ
ſe dictum per cauſam ſicut illa in· xv· li
bꝛo de tri·ita dicens· Non dicturi ſu=
mus caritatem· non ꝓpterea eē dictam
deum/ ꝙ ip̄a caritas ſit ſubſtantia/ que
dei digna ſit nomine/ ſed ꝙ donum ſit
dei· ſicut dictū eſt deo · Tu es patiētia
mea· Nō vtiqꝫ ideo dictū eſt/ ꝙ dei ſub
ſtantia eſt noſtra patientia/ſed quia ab
ip̄o nobiſ eſt· Vnde alibi· Ab ip̄o eſt pa
tientia mea· Hunc em̄ ſenſum facile re=
fellit ſcripturarum ip̄a locutio · Tale ē
em̄· Tu eſt patientia mea/ quale eſt do=
mine ſpes mea· et deus meus miſericoꝛ
dia mea· et multa ſimilia· Non eſt autē
dictum dn̄e caritas mea· aut tu es cari
tas mea· aut deus caritas mea · Sꝫ ita
dictum eſt/deus caritas eſt· ſicut dictū
eſt deꝰ ſpūs eſt· Hoc qui non diſcernit
intellectū a dn̄o· non expoſitōnem que=
rat a nobis· Non apertius quicquā poſ
ſumus dicere· deus ergo caritas ē · Ex
p̄dictis clareſcit/ ꝙ ſpūſſanctus caritaſ
eſt qua diligimus deum et ꝓximum· vn̄
facilius eſt nobis oſtendere quomodo
ſpūſſanctus mittatur· ſiue detur nobis

¶ Quomodo ſpiritusſanctus mittatur vł
detur nobis·

Nunc em̄ mitti vel dari dꝛ/ cum
ita i nobis eſt/ut faciat nos di=
ligere deum et ꝓximuꝫ/ per qd̄
manemus in deo/et deus in nobis· Vn=
de augu· hunc miſſionis modum inſinu
ans in· xv· li· de tri· ait· Deus ſpūſſanctꝰ
qui ꝓcedit ex deo cum datus fuerit ho
mini accendit eum ad diligendum deū
⁊ ꝓximuꝫ/ et ipſe dilectio ē· Non em̄ ha
bet homo vnde diligat deuꝫ/ niſi ex dō
Ecce quomō datur vel mittitur nobis
ſpūſſanctus ſcdm̄ qd̄ dꝛ datum ſiue do
num · Quod donum cōmendat auguſti
nus explanans apertius qūo detur i eo=
dem libro· Dilectio inquit dei diffuſa ē
in coꝛdibus noſtris· vt ait apoſtolus p
ſpm̄ſanctum qui datus ē nobis · Nulluꝫ
ē iſto dono dei excellentius · Solum eſt
quod diuidit inter filios dei et filios p
ditōnis· Dantur ⁊ alia peꝛ ſpm̄ munera
ſed ſine caritate nichil pꝛoſunt·

¶ Quomodo ſpiritusſanctus detur hic
notatur·

Niſi ergo tantū impertiat cuiqꝫ ſpi
ritusſanctus· ut eū dei et ꝓximi
faciat amatorem· a ſiniſtra non
tranſfertur ad dexteram· nec ſpūſſanctꝰ
ꝓpꝛie dicitur donum niſi propter dile=
ctōnem· quam qui non habuerit et ſi lo
quatur omībus linguis· et habuerit ꝓ=
phetiam et omnem ſcientiam et omneꝫ
fidem· ⁊ diſtribuerit ſubſtantiam ſuam
⁊ tradiderit coꝛpus ſuum ita ut ardeat
non ei ꝓdeſt· Quantū ergo bonū eſt ſi=
ne quo ad eternam vitam neminem tā=
ta bona pducūt· Ip̄a vero dilectio vel
caritas/ nam vnius rei nomen eſt vtrūqꝫ

pducunt ad regnum · Dilectio ergo q̄
ex deo eſt · et deus ꝓprie ſpūſſanctus ē ·
per quem diffunditur in cordibus nr̄is
deus caritas/ p quam nos tota inhabi=
tet trinitas · Quocca rectiſſime ſpūſſan
ctus cum ſit deus/ vocatur etiam do=
num dei · Quod donū ꝓprie quid niſi ca
ritas intelligendū eſt · que perducit ad
deū · et ſine qua quodlibet aliud dei do
num non perducit ad deum

¶ Predicte autoritatis colligit ſummam
Ecce hic aperitur qd̄ ſupra di=
ctum erat · ſ · q̄ caritas ſit ſpūs
ſanctus · et donum excellentius
et quomō hoc donum · i · ſpūſſanct⁹ det
nobis · ſ · cum ita impertiat alicui · i · ita ha
bet eſſe in aliquo/ ut eum faciat dei ⁊ ꝓ
ximi amatorem · qd̄ cum facit tunc da=
ri dicitur ſiue mitti alicui · et tūc ille dr̄
proprie habere ſpiritumſanctum ·

¶ Vtrum concedendum ſit q̄ ſpirituſſan
ctus augeatur in homine vel magis vł
min⁹ habeat vel detur ·

Hic queriť · ſi caritas ſpūſſan=
ctus eſt / cum ipa augeatur et
minuatur in homine · et magis
⁊ minus per diuerſa tempora habeatur
vtrum concedendum ſit · q̄ ſpūſſanctus
augeatur vel minuatur in hoīe · et ma=
gis et minus habeatur · Si em̄ in hoīe
augeretur et magis vel minus datur ⁊
habetur/ mutabilis eē videtur · de⁹ aūt
omino immutabilis eſt · Videtur ergo
q̄ vel ſpūſſanctus non ſit caritaſ · vel ca
ritas non augeatur vel minuatur in ho
mine · Item caritas et non habenti dať
vt habeat · et habenti ut plenius habe=
at · Si ergo ſpūſſanctus caritas eſt · et n̄
habenti datur ut habeat/ et habenti ut
plenius habeat · Sed quomō datur nō
habenti/ cum ipe ut deus ſit vbiq̄ʒ/ et in
omnibus creaturis totuſ · Et quomō ple
niuſ datur vel habetur ſine ſui mutatōe

¶ Reſponſio ad primā queſtionem ·
His ita reſpondemus dicentes
q̄ ſpūſſanctus ſiue caritas pe=
nitus immutabilis eſt · nec in ſe
augeť vel minuitur · nec i ſe recipit mag
vel minus / ſed in hoīe/ vel potius homi
ni augetur et minuitur · et magiſ vel mi
nus datur vel habetur · ſicut deus diciť
magnificari et exaltari in nobis · qui tn̄ i
ſe nec magnificatur nec exaltatur · Vnd̄
ꝓpheta · Accedet homo ad cor altum et
exaltabitur deus · Super quem locum
ait autoritas · deus non in ſe / ſed in cor
de homiſ grandeſcit · Sic ergo ſpūſſan
ctus homini datur et datus ampli⁹ da
tur · i · augetur · et magis ac minus habe
tur · et tam̄ immutabilis exiſtit ·

¶ Reſponſio ad ſecundum
Qvnq̄ʒ vbiq̄ʒ ſit · et in om̄i crea=
tura totuſ · ſunt tn̄ multi qui eū
non habent · Non em̄ om̄es ſpi
ritumſanctum habent in quibuſ eſt · alio
quin et irrōnabiles creature haberent
ſpm̄ſanctum · qd̄ fidei pietas n̄ admittiť

¶ Autoritate cōfirmat vtrāq̄ʒ reſpōſiōeʒ
Vt aūt certius fiat qd̄ diximus
autoritate confirmam⁹ · Q̄ ſpi
rituſſanctus magis ac minus ꝑ
cipiatur et homini augeatur · et non ha
benti detur · et habenti vt plus habeať
Auguſtinus oſtendit ſuper iohannem
dicens · Sine ſpūſancto cōſtat noſ xp̄m
diligere/ et eius mādata ſeruare nō poſ
ſe · ⁊ id nos poſſe atq̄ʒ agere tanto mi⁹
quāto illum percipimus minus · Tanto
vero amplius quanto illuʒ ꝑcipim⁹ am
plius · Ideoq̄ʒ non ſolum nō habēti · ve
rum etiam habenti non incaſſum ꝓmit
titur · Non habenti quidem vt habeať ·
habenti aūt vt amplius habeatur · Naʒ
ſi ab alio minus et ab alio ampliuſ n̄ ha
beretur ſanctuſ heliſeus ſancto helie nō
diceret · Spūs qui eſt in te duplo ſit in
me · Chriſto aūt qui eſt dei filius/ nō ad
menſuram datus eſt ſpūs · Neq̄ʒ em̄ ſine

gratiā ſpūſſancti eſt mediator dei et ho
minū homo chriſtuſ. Quod ei ē vnigenit⁹
dei filius equalis eſt patri/non eſt gra:
tie ſed nature. Quod autem in vnitatē p:
ſone vnigeniti aſſumptuſ eſt homo/gra
tie eſt ñ nature. Ceteris autem ad men:
ſuram datur. et datus additur / donec
vnicuiqꝫ p mō ſue pfectōis ꝓpria mēſura
compleatur. Ecce expſſe habes q ſpūs
ſanctus magis et minus datur vel acci
pit. et hominī datuſ augetur. et haben
ti et non habēti datur. quia ſpūſſanct⁹
ē caritas que non habenti datur. et in
habenti augetur et pficit. Immo ut ve
rius et magis ꝓprie loquar/homo in ea
pficit et deficit aliqñ. et tūc ipa dicit
pficere vel deficere / que tñ nec pficit
nec deficit in ſe. quia deus eſt. Vnde au
guſtinus in omelia nona ſuper epiſtolā
iohānis ait. Probet ſe quiſqꝫ quantum
in illo pfecerit caritas. vel potius quā:
tum ipē caritate pfecerit. Naꝫ ſi caritaſ
deus eſt nec pficit nec deficit. Sic er:
go in te pficere dr caritas . quia tu i ea
pficis. Ecce quomō intelligendum ſit.
cum dr ſpūſſanctus augeri in nobis. qa
nos in eo. ſ. pficimus. ſic et alia huiōi.

¶ Quod aliqui dicunt ſpmſanctū ñ eē carita
tē qua diligim⁹ deū et pximum.

Supra dictum eſt q ſpūſſanct⁹
caritas eſt patris et filij qua ſe
inuicem diligunt. et nos et ipē
idem eſt caritas que diffunditur in cor
dibus noſtris ad diligendum deum et
pximum. Horum alteruꝫ omnes catho
lici cōcedunt. ſ. q ſpūſſanctus ſit cari:
tas patris et filij. Quod aūt ipē ideꝫ ſit ca
ritas qua diligimus deum et pximum.
a pleriſqꝫ negatur. Dicunt em̄. Si ſpūs
ſanctus caritas eſt patris et filij et nr̄a
eſt eadem. ergo caritas eſt qua de⁹ di
ligit nos/et qua nos diligimus eum. hᵒ
aūt ſanctoꝝ autoritates negare vident
Dicit em̄ aug. in libro de ſpū et litera.
Vnde eſt dilectio niſi vnde et ipa fides
id eſt a ſpūſancto. Non eſſet em̄ in no:
bis niſi diffunderetur in cordibus per
ſpiritum. Caritas aūt dei dicta eſt dif:
fundi in cordibus noſtris. non qua nos
ipē diligit. ſed qua nos facit dilectores
ſuos. Sicut iuſticia dei dicitur qua noſ
iuſti eius munere efficimur. et dñi ſalus
qua nos ſaluat. et fides xpi qua nos fi:
deles facit. His verbis videtur mōſtra
ri diſtinctio inter caritatem qua nos d
us diligit. et qua nos diligim⁹. et ſicut
iuſticia noſtra dr dei. nō q ipē ſit ea iu
ſtus. ſed quia ea nos iuſtos facit. Simi
liter et fides et ſalus. ſic videtur dicta
dei caritas que eſt in nobis. non q ipſe
ea diligat. ſed q ea nos diligere facit.
De hoc etiam idem auguſtinus in libro
xv. de trinitate ait. Cum iohanneſ com
memoraſſet dei dilectōnem nō qua nos
eum /ſed quā ipē dilexit nos. et miſit fi
lium ſuum litatorem p peccatiſ noſtris
&c. Ecce et hic videtur manifeſte diui:
dere dilectōnem qua nos diligimus de
um/ab ea qua ipē diligit nos.

¶ Ex verbis autoritatum argumentando
procedit.

Si ergo inquiunt ſpūſſanct⁹ di
lectio ē q de⁹ diligit/ et q nos
diligimus. duplex dilectio eſt.
imo duo diuerſa eſt/ quod abſurdum &
a veritate longe eſt. Non eſt ergo dile
ctio qua diligimus/ ſꝫ qua deus tm̄ dili
git.

¶ Reſponſio ad predicta determinans au:
toritates.

His reſpondemus predictarum
autoritatum verba determinā
tes hoc modo. Caritas dei di:
cta eſt diffundi in cordibus noſtris. nō
qua ipē nos diligit. ſed qua nos dilige:
re facit &c. his verbis nō diuiditur. nec
diuiſa oſtenditur caritas qua deus nos
diligit. ab ea qua nos diligimus. ſed po
tius cum ſit vna et eadem caritas et di
catur ipa dei caritas. et diuerſis d cau
ſis et rōnibus dei caritas appellari in

ſcriptura oſtēdit. Dicit em̄ dei caritas
vel qꝫ deus ea diligit nos vel qꝫ nos ea
ſui dilectores facit.

¶ Determinatio prime autoritatis.

Qum ergo ab apoſtolo dicit ca
ritas dei diffundi incordibus
noſtris. nō eſt diſtincta caritas
dei qua diligit nos. ſꝫ qua fecit nos dili
gere. i. nō ibi appellatur caritas dei. eo
qꝫ nos ea diligit. ſed eo qꝫ ea ſui dilecto
res facit. et qꝫ ea rōe poſſit dici caritas
dei. quia nos ea diligere facit. ex ſimili
genere locutōnis oſtendit. ſicut dicitur
iuſticia dei qua nos iuſtificat. et domi=
ni ſalus qua nos ſaluat. et fides xp̄i qua
nos fideles facit

¶ Determinatio ſecunde

Similiter et aliam exponimus
autoritatem vbi ait dilectōnē
dei cōmemorari. nō qua nos eū
ſed qua ip̄e dilexit nos. acſi diceret cō=
memorat dilectōnem dei. non ſcdꝫ qꝫ ea
nos diligimus deum. ſed ſcdꝫ qꝫ ip̄e ea
diligit nos.

¶ Aliud obiciunt.

Sed aliud ē inquiunt qd̄ magis
vrget. dicit em̄ ſupra aug̃. qꝫ di
lectio eſt a ſp̄ūſancto a quo fides. Sic
ergo fides non eſt ſpiritusſanct9 a quo
ē ita nec caritas. Quomō ergo ſp̄ūſſan
ctus ſi ab ip̄o eſt. Nam ſi ab ip̄o eſt. et
ipſe eſt. ergo ſpiritus a ſeipſo eſt.

¶ Reſponſio

Ad quod dicimus. Sp̄ūſſanctus
quidem a ſeipſo non eſt. ſed tñ
a ſeipſo datur nobis. ut ſupra dictum ē
Dat em̄ ſeip̄m nobis ſp̄ūſſanctus. Et ex
hoc ſenſu dictum eſt qꝫ caritas ab ip̄o ē
in nobis. et tñ ip̄a ſp̄ūſſanctus eſt. Fides
aūt eſt a ſp̄ūſancto/et non eſt ſp̄ūſſan=
ctus. quia donum vel datum ſolummo
do eſt non deus dans.

¶ Qꝫ alias inducunt rōnes et autoritates
ad idem probandum.

Alias quoqꝫ inducūt rōnes ad id
oſtendendum. ſ. qꝫ caritas non ſit
ſp̄ūſſanctus. quia caritas affe=
ctio mentis eſt et motus animi. ſp̄ūſſan
ctus vero non eſt affectio animi vel mo
tus mentis. quia ſp̄ſſanctus immutabi=
lis eſt et increatus. Nō eſt ergo caritas

¶ Qꝫ caritas ē motus vel affectio animi.

Quod aūt caritas ſit affectō ani
mi et motus mentis autoritati
bus confirmant. Dicit em̄ au=
guſtinus in tercio libro de doctrina
chriſtiana. Caritatem voco motum
animi ad fruendū deo ꝓpter ip̄m. et ſe
ac ꝓximo ꝓpter deum. Idem in libro d̄
moribus eccleſie catholice tractans il
lud verbum apoſtoli. Nec mors nec vi
ta poterit nos ſeparare a caritatē dei.
Caritas dei inquit dicta eſt virtus que
animi noſtri rectiſſima affectio ē. que c
iungit nos deo qua eum diligimus. Ec
ce his verbis exprimitur qꝫ caritas ē af
fectio et motus animi. ac ꝑ hoc nō vi=
detur eē ſp̄ūſſanctus.

¶ Reſponſio determinans autoritates.

Ad quod dicimus hoc ita dictū
eē ſicut dꝫ deus eſt ſpes noſtra
et paciencia noſtra. quia facit
nos ſperare et pati. Ita caritas dꝫ eē
motus ſiue affectio animi. quia per eā
mouetur et afficitur animus ad diligē
dum deum. Non aūt mireris. ſi caritas
cum ſit ſp̄ūſſanctus dicatur motus mē
tis. cū etiam in libro ſapientie dicatur
de ſp̄ū ſapientie. qui attingit a fine vſ
qꝫ ad finem. qui eſt actus mobilis cer=
tus in eo inquinatus. Quod non iō dici
tur qꝫ ſapiētia ſit mobile aliquid vel ac
tus aliquis. ſed quia ſui immobilitate
oīa attingit. non locali motu. ſed vt
vbiqꝫ ſemper ſit/et nuſquā īcluſa tenea
tur. Sic ergo caritas dꝫ motus animi.
non qꝫ ip̄a ſit motus vel affectio vel vir
tus animi. ſed quia per eam quaſi eſſet
virtus afficitur mens et mouetur. Sed

ſi caritas ſpūſſanct9 ē q̄ opat̄ i ſingulis ꝑut vult / cum per eum mens hominis afficiatur et moueatur ad credendum vel ſperandum et huiōi· ſicut ad diligē dum· Quare nō ſic dicitur caritas motus vel affectio mentis ad credendum vel ſperandum ſicut ad diligendū· Ad quod ſane dici poteſt· quia alios actus atq; motus virtutum opatur caritaſ·i· ſpūſſanctus mediantibus virtutibus q̄rum actus ſunt· vtpote actuſ fidei ē credere fide media· et actus ſpei eſt ſperare media ſpe· Per fidem em̄ et ſpem p̄dictos operatur actus· Diligendi vero actum p ſe tm̄ ſine alicuius virtutis medio operatur· i· diligere· Aliter ḡ hūc actum operatur q̄ alios virtutuȝ act9· Ideoq; differenter de hoc et de alijs loquitur ſcriptura / que iſtum ſpecialit̄ caritati tribuit· Eſt ergo caritas vere ſpūſſanctus· Vnde auguſtinus p̄miſſuȝ verbum apoſtoli retractans in eodeȝ libro caritatem dicit eē bonuȝ quo nl melius eſt· et per hoc ipſam eē deum ſigni ficat dicens· Si nulla res ab eius caritate nos ſeparat / quid eē non ſolum melius ſed etiam certius hoc bono poteſt Ecce dicit quia caritate nichil meliuſ ē Caritas ergo ſpūſſanctus eſt qui eſt deus et donum dei ſiue datum· Qui diuidit ſingulis fidelibus dona· nec ipſe diuiditur· ſed indiuiſus ſingulis dat̄· Vn̄ auguſtinus ſ̄bi iohannes dicit· non ad menſurā xp̄m dare ſpm̄ ait· Ceteris vero diuiditur· non quidem ipſe ſpūs· ſed dona eius·

An concedendum ſit q̄ per dona dent̄ dona· Diſtinctio xviii

Hic queritur cū ſpūſſanctus per quem diuiduntur dona ipſe ſit donum· vtrum concedendum ſit q̄ per donum diuidantur ac dentur dona· Ad quod dicimus quia per donum quod eſt ſpūſſanctus ſingulis ꝓpa diuiduntur· et ipm̄ cōmuniter oēs boi habent· Vnde auguſtinus in quidecimo libro de tri· ait· Per donum quod ē ſpūſſanctus cōmune omibus membris xp̄i· multa dōa que ſunt quibuſq; ꝓpria diuiduntur· Non em̄ ſinguli qui hec habent omia· ſed hij illa· alij alia· quāuis ipm̄ donum a quo cuiq; ꝓpia diuidunt̄ omes habent· i· ſpm̄ſanctum aperte dicit per donum dona donari·

Vtrum eadem rōne ſpūſſanctus dicat̄ donum et datū ſiue donatum·

Preterea diligenter conſiderādum eſt cum ſpūſſanctus dicatur donum et datum vtrum eadem rōne· vtrūq; nomen ei conueniat· quod vtiq; videri poteſt

Quare ita eē videtur·

Cum em̄ idem ſit ſpm̄ſanctum dari· et ſpm̄ſanctum donari ex eadem rōe videtur ſpūſſanctuſ dici datum et donum· Hoc etiam videtur auguſtinus ſignificare in· xv· li· de tri· cum ait· Spūſſanctus intm̄ donum dei eſt inquantum datur eis quibus datur· apud ſe autem deus eſt· et ſi nemini datur· Ecce aperte dicit ſpm̄ſanctuȝ donum appellari· quia datur· Si auteȝ ex eo tm̄ appellatur donum· quia datur non ab eterno fuit donū· quia n̄ datur niſi ex tempe

Reſponſio quare datum ſiue donatum dicatur ſpūſſanctus·

Ad quod dicimus· quia ſpūſſanctus et donum d̄r et datum ſiue donatum· ſed datuȝ ſiue donatum ex eo tm̄ dicitur· quia dat̄ vel donatur· qō h̄ȝ tm̄ ex tpe·

Hic quare donum·

Donum vero d̄r non ex eo tm̄ q̄ donetur· ſed ex ꝓpetate quam habuit ab eterno· vnde ⁊ ab eterno fuit donum· Sempiterne em̄ donuȝ fuit· non quia daretur· ſed quia proceſſit a patre et filio· Vnde auguſtinus in

quarto libro ꝺ tri· ait· Sicut natum eē eſt filio a patre eſſe· ita ſpūiſancto / donum dei eē ē a patre et ꝓcedere a filio. Hic apte oſtenditur ꝙ ſpūſſanctus eo donum eſt ꝙ ꝓcedit a patre et a filio· ſicut filius eo eſt a patre / ꝙ natus ē ab eo· Non eſt enī idem filio eē a patre et ſpūiſancto· i· non ea ꝓprietate filius dicitur eē a patre qua ſpūſſanctus· Nam filius dicitur eē a patre· quia genitus eſt ab eo· Spūſſanctus vero dr̄ eē a patre· et a filio · quia ſpiritusſanctus eſt donum patris et filij ·id eſt · quia procedit ab vtroqꝫ· Eo enī dr̄ ſpūſ quo donum· ⁊ eo donum quo ꝓcedens· Unde auguſtinus in· v· libro de trinitate ait · Spūſſanctus qui non trinitas / ſed i trinitate intelligitur quod ꝓprie dicitur ſpiritusſanctus relatiue dicitur· cum et ad patrem et filium refertur· quia ſpūſſanctus et patris et filij ſpūs eſt· ſed ipa relatio non apparet in hoc nomine·

**Eo dicitur ſpūſſanctus qͦ donū · et eo donum quo procedens·**

Apparet autem cum dr̄ donum dei· donum eſt enī patris et filij · quia et a patre procedit et a filio· Ecce his verbis aperte oſtendit eadem relatōne dici ſpm̄ſanctum et donum· Donum aūt quia ꝓcedit a patre ⁊ filio· Proprietas ergo qua dr̄ ſpūſſanctus vel donum ꝓceſſio ipa eſt· de qua poſt plenius agemus cum alijſ· Cum ergo ab eterno ꝓceſſerit· ab vtroqꝫ et ab eterno donum fuit· Non ergo ſpūſſanctus eo tm̄ dicitur donum· quia donat. Nam et ante fuit donum ꝗ̄ donaretur. Unde auguſtinus in· v· li· de tri· Semper ſpūſſanctus ꝓcedit· ⁊ non ex tempe ſed ab eternitate ꝓcedit· Sed quia ſic ꝓcedebat ut eſſet donabile / iam donum erat antequā eſſz cui donaretur· Aliter enim intelligitur cum dr̄ donum· aliter cum dr̄ donatum · Nam donum poteſt eē ec̄ antequā det· donatum aūt niſi datum fuerit nullo mō dici poteſt· Sempiterne ergo ſpūs eſt donum· temporaliter aūt donatū· His verbis apte oſtēditur· ꝙ ſicut ſpūſſanctus ab eterno ꝓcedit· ita ab eterno donum eſt· non qꝫ donaretur a patre filio· vel a filio patri ſed quia ab eterno ꝓceſſit donabilis·

**Queritur cui donabilis·**

Sed queritur cui donabiliſ vtrū patri et filio· an tm̄ nobis qui nō dum eramus · Si autem nō erat donabilis patri et filio / ſed tm̄ nobis· ⁊ ex eo donum erat· quia ſic donabilis ꝓcedebat· videtur ꝙ filius ſemper eadē rōne donum fuerit· quia ab eterno proceſſit a patre· donabilis nobis i tempe· Nam et de filio legitur ꝙ datus ē nobis· No quod dicimus quia ſpūſſanctus nobis tantum non patri vel filio· donabilis ꝓceſſit ſicut et nobis tantum datus eſt· Et filius vere datus eſt nobis· ⁊ ab eterno ꝓceſſit a patre· non ut donabilis tm̄ / ſed ut genitus qui et donari poſſet·

**Qꝫ filius ꝓceſſit vnigenitus et donabilis · ſpūſſanctus vero vt donum et donatum ē· et quia ꝓcedit ab vtroqꝫ· et qa donabilis ·**

Proceſſit ergo ut genitꝰ ⁊ donabilis· ſed ſpūſſanctus non ꝓcedit ut genitus / ſed tantū vt donum· Donum autem ſemper fuit· nō ſolum quia donabilis / ſed quia ab vtroqꝫ ꝓceſſit· et quia donabilis fuit· Unde augꝰ· in quinto libro de trinitate ait· Eo ipo ꝙ daturus erat eum deuſ· iā donum erat et antequam daretur· Et ido donabilis eſt· ſed aliter donabilis ꝗ̄ filius· Nam et aliter datus / et aliter ꝓceſſit ꝗ̄ filius· Filij enim ꝓceſſio genitura eſt vel natiuitas· Spūſſancti vero ꝓceſſio natiuitas non eſt· vtraqꝫ vero ineffabilis eſt

¶ Qꝛ ſicut filius naſcendo accepit nō tā
tum vt eſſet filius· ſed etiam eſſentia·
ita et ſpūſſanctus ꝓcedendo accepit n̄
tantum ut eſſet donum ·ſed ut eſſet eſ-
ſentia·

ET notandum qꝛ ſicut filius na-
ſcendo accepit· non tm̄ vt filiꝰ
ſit·ſed omnino ut ſit· ⁊ vt ipſa
ſubſtantia ſit·ita et ſpūſſanctus a patre
⁊ filio ꝓcedendo accepit · non tantum
vt ſpūſſanctus ſit vel donum·ſed etiam
ut omnino ſit·et ut ſubſtantia ſit·quod
vtiqꝫ non accepit ex eo quo datur·Na-
cum non detur niſi ex tempore·ſi hº ha-
beret ex eo qꝛ datur · accepiſſet ergo
ex tempore vt eſſet· Vnde auguſtinus
in quinto libro de trinitate ·Filius n̄ hº
tantum habet naſcendo vt ſit filius ·ſꝫ
omnino vt ſit·Queritur ergo vtrū ſpi-
rituſſanctus ·eo qꝛ datur habeat· nō tm̄
vt donum ſit·ſed omnino ut ſit·Qꝛ ſi n̄
eſt niſi quia datur · id eſt ſi non habet
eſſe·niſi eo qꝛ datur · ſicut filius naſcen
do habet non tm̄ ut ſit filius/quod re-
latiue dicitur·ſed oīno ut ſit ipa ſubſtā
tia quo iam ſpūſſanctuſ erat ipa ſubſtā
tia ·cum non prius daretur qꝫ eſſet cū
daretur·Non ergo eo quo datur ſed ꝓ
cedendo habet vt ſit donum ⁊ ut ſit eſ
ſentia·ſicut filius non eo qꝛ datus eſt /
ſed naſcendo accepit·non tamen ut ſit
filius·ſed ut ſit eēntia · Vnde auguſtiꝰ
in quindecimo libro de tri·ait · Sicut
filio pſtat eſſentiam ſine initio tempo-
ris·ſine mutabilitate nature·nec de pa
tre generatio·Ita ſpūſancto pſtat eſ-
ſentiam ·ſine vllo initio temporis · ſine
vlla mutabilitate nafe ō vtroqꝫ ꝓceſ-
ſio·

¶ Queſtio ex predictis videtur qꝛ filius n̄
tantum ſit natiuitate ſed etiam deuſ vt
eſſentia·et ſpūſſancti proceſſione·

HIc oritur queſtio·Si filius na
ſcendo habet/non tm̄ ut ſit fili
us·ſed ut ſit eſſentia·⁊ ſpūſſan
ctus ꝓcedendo·non tamen ut ſit donū
ſed ut ſit eſſentia·ergo ⁊ filius natiuita
te eſſentia eſt·et ſpūſſanctus ꝓceſſione
eſt eſſentia·Cum alibi dicat qꝛ nec pat
eo pater eſt/quo deus eſt·nec filius eo
filius quo deus·Nec ſpūſſanctus eo do
num quo deus·Quia ut ait auguſtinus
in ſeptimo libro de trinitate·His nomi
nibus relatiua eorum oſtenduntur·non
eſſentia·vnde poſt plenius agemus·

¶ Reſponſio·

AD quod breuiter reſpondenteſ
dicimus ·quia nec filius natiui-
tate eſſentia eſt·ſed tm̄ filius·Nec ſpūſ
ſanctus ꝓceſſione eſſentia eſt/ſed donū
tantum·⁊ tn̄ vterqꝫ ille naſcendo·iſte ꝓ
cedendo accepit vt eſſet eſſentia · Non
enim ut ait hilarius in quinto libro de
trinitate·Per defectionem aut ꝓtenſio
nem aut deriuatōꝫ ex deo deꝰ eſt/ſed ex
virtute nature in naturam eandem na-
tiuitate ſubſiſtit filius·et ex virtute na-
tē i naturā eādē ꝓceſſione ſubſiſtit ſ·ſ·

¶ Exponit verba hilarij·

QVod ita itelligi poteſt ·Ex pa
tre qui eſt virtus ingenita·na-
turam quam habet/eandem fi-
lius natiuitate·i·naſcendo·⁊ ſpūſſanctꝰ
ꝓceſſione·i·ꝓcedendo habet·Vnde ip
ſe idem apertius eloquenſ quod dixerat
aperit dicens·Natiuitas inquit dei· nō
poteſt non eam de qua ꝑfecta ē tenere
naturam·Nō em̄ aliud qꝫ deus ſubſiſtit
quod non aliunde qꝫ de deo ſubſiſtit ·
Ecce his verbis aperitur·quomō intel
ligendum ſit illud de patre generatio
pſtat eſſentiam filio·et de vtroqꝫ ꝓceſ-
ſio pſtat eſſentiam ſpūſancto · Non qa
ille eſſentia ſit filiꝰ·et iſte eēntia ſit ſpi
rituſſanctus·immo ꝓprietate perſonali
ſed quia et ille naſcendo·⁊ iſte ꝓceden
do eſſentiam habet eandem·et totaꝫ qꝫ
in patre ē·

¶ Q͡ ſpũſſanct⁹ dicitur donum et dõatũ ſecundum duos predictos modos pro ceſſionis

Ex predictis patet q͡ ſpũſſanct⁹ ſempiterne donum eſt· et tem poraliter datum vel donatum· Ex quo apparet illa diſtinctio gemine pceſſionis· de qua ſupra egimus· Nam ſcdm alteram pceſſionem dr donatum vel datũ· ſcdm alteram vero dr donũ·

¶ Scdm hoc q͡ donum eſt refert ad pa trem · et filium· ſcdm q͡ datum ad eũ qui dedit· et ad eos quibus dedit

Et ſcdm hoc/ q͡ ſempiterne do num eſt· refertur ad patrem et filiũ· ſcdm hoc vero q͡ dr da tum vel donatum· et ad eum qui dedit refertur· et ad eos quibus datur· ⁊ ei⁹ dicitur eẽ qui dat/ et illorum quib⁹ da tur· Unde auguſtinus in quinto libro d trinitate ait· Qd datum eſt ad euz qui dedit refertur· et ad eos quibus dedit· Itaq₃ ſpũſſanctus non tm̃ patris et fi lij qui dederunt· ſed etiam noſter dicit· Spũs ergo et dei eſt qui dedit/ et no ſter qui accipimus · Non em̃ ille ſpũs noſter quo ſumus· quia ipe eſt ſpũs ho minis qui in ipo eſt· quãuis et illum ſpi ritum qui hominis dr · vtiq₃ accepimus ſed aliter iſte/ aliter ille· noſter dicitur Aliud eſt em̃ quod accepimus ut eſſe mus· aliud quod accepimus ut ſancti eſ ſemus· Q͡ aũt ſpũſſanctus noſter dica tur· ſcriptura oſtendit· Scriptum eſt d iohanne q͡ in ſpũ helie veniret· Ecce di ctus eſt helie ſpũs/ quem accepit heli as· ſ· ſpũſſanctus· et moyſi ait dñs· Tol laz de ſpũ tuo· et dabo eis· i· dabo illis de ſpũſancto quem iam tibi dedi · Ec ce ⁊ hic dictus eſt ſpũs moyſi· Patz igi tur quia ſpũſſanctus noſter dr ſpũs· ſed quia nobis datus· et datus vtiq₃ ad h° ut ſancti eſſemus· Spũs vero creat⁹ ad hoc eſt datus ut eſſemus

¶ An filius cum ſit nobis datus poſſit di ci noſter vt ſpũſſanctus ·

Hic queritur vtrum et filius cũ ſit nobis dat⁹ dicatur· vel poſ ſit dici noſter· Ad qd dicimus quia filius dicitur noſter panis · noſter redemptor et huiõi· ſed non dicitur no ſter filius· quia filius dicitur tantum re latiue ad eum qui genuit· Et ideo no ſter filius non poteſt dici ſed patris tã tum· In eo autem q͡ dicitur datus· et ad eum qui dedit· et ad eos quibus da tus eſt refertur· vt ſpũſſanctus qui etiã cum in ſcriptura vt ſupradictum eſt di catur ſpũs noſter· vel ſpũs tuus · vel il lius· vt de moyſi et helia dictuz eſt· nuſ q͡ tamen in ſcriptura occurrit · ita dici ſpũſſanctus noſter vel tuus· uel illius · ſed ſpũs noſter· vel ſpũs tuus· vel illi⁹ quia ſpũſſanctus eo dicitur quo donum ⁊ vtrunq₃ relatiue dicitur ad patrem ⁊ ad filium· et hoc ſempiterna relatõne· Si tamen aliqñ dicitur donum noſtrũ accipitur donum pro donato vel dato Cum vero donum accipitur eo modo quo ſpũſſanctus donum patris et filij dicitur/ non hominis/ ita et filius· ſub hac appellatõne non poteſt dici noſter vt dicatur filius noſter · ſicut nec dicit ſpũſſanctus noſter· et tamen de filio dr panis noſter· et de ſpũ ſpũs noſter· Il le noſter panis · quia nos reficit· nobis datus· iſte noſter ſpũs· quia nobis inſpi ratur a patre et filio· et in nobis ſpirat ſicut vult· Unde auguſtinus in quinto libro de trinitate ait · Quod de patre natum eſt ad patrem ſoluz refertur cuz dicitur filius · Et ideo filius patris eſt ⁊ non noſter· Dicimus tamen et panem noſtrum da nobis · ſic dicim⁹ ſpm nr̃m

¶ Utrum ſpũſſanctus ad ſeipm referatur

Poſt hoc queritur · vtrum ſpũs ſanctus ad ſeipm referatur · h° em̃ videtur ex pdictiſ poſſe probari· Si

enim quod datur· refertur ad eum qui dat et ad eum cui datur· et ſpūſſanctuſ datur a ſeipſo ut p̄dictum eſt· ergo refertur ad ſeipſum·

¶ Hec queſtio non ſoluitur hic ſed differtur in ſequentibus·

Huius queſtionis determinatōꝫ in poſterum differimus· donec tractemus de his que relatiue dicuntur de deo ex tempore· in quibus datum et donatum continētur

¶ Hic de equalitate trium perſonarum·

Decima Nona diſtinctio

19 Nunc poſtquā coeternitateꝫ trium perſanarum ꝑ modulo facultatis noſtre inſinuauimus· iam de earundē equalitate aliquid eloqui ſupereſt· Fides eñ catholica ſic coeternas ita equales tres perſonas aſſerit· Equalis eſt enim in omibus patri filius· et patri et filio ſpūſſanctus· Quia ut ait auguſtinus in libro de fide ad petrum· breuiter aperiens quomodo intelligat equalitas docet· Nullꝰ horꝝ aliuꝫ aut p̄cedit eternitate· aut excedit magnitudine· aut ſuperat poteſtate· quia nec filio· nec ſ· ſ· quantum ad nature diuine pertinet vnitatē· aut anterior aut maior eſt patri· nec filius ſpūſancto· eternū quippe et ſine initio eſt· qꝛ filius de natura patris extitit· et eternuꝫ ac ſine initio eſt· qꝛ ſpūſſanctus de natura patris filiiqꝫ ꝓcedit· Ob hoc ergo tres vnum recte credimus et dicimus deum· quia vna ꝑſus eternitas· vna imēſitas· vna naturaliter eſt trium perſonarum diuinitas· Ecce breuiter aſſignauit auguſtinus· in quo triuꝫ perſonarꝫ ꝯſiſtat equalitas· ſ· qꝛ alia aliam ñ excellit aut eternitate aut magnitudine aut poteſtate

¶ Qꝛ eternitas et magnitudo et potentia in deo eſt vnum licet ponantur quaſi diuerſa·

Quncqꝫ enumerentur iſta quaſi diuerſa· in deo tam̄ vnum et id ſunt· ſ· eſſentia diuina ſimplex ꝛ incommutabilis· Vnde auguſtinuſ in ſeptimo libro de trinitate· Non alio magnus· alio deus eſt· ſed eo magnus quo deus· quia non eſt illi aliud magnum eē aliud deum eſſe· Eadem quippe eiꝰ magnitudo eſt que virtus· et eadem eſſentia qua magnitudo·

¶ Qꝛ magnitudo eſt dei eſſentia

Pater ergo et filiꝰ ſimul vna eſſentia et vna magnitudo· Ita ꝑp̄c potentia dei eſſentia diuina eſt· Vnde auguſtinus in ſeptimo libro confeſſionum· Voluntas et potentia dei deus ip̄e eſt· Eternitas quoqꝫ dei eſſentia diuina eſt· Quod auguſtinus oſtendit ſuper illum locum pſalmi· in generatōne et generatōne anni tui· Eſt generatio generatōnum que non tranſit collecta de om̄ibus generatōnibus· i· ſanctiſ In illa erunt anni dei qui non tranſeūt id eſt eternitas dei· Non eñ aliud ſunt anni dei· aliud ip̄e· ſed anni dei eternitaſ dei eſt· Eternitas vero ip̄a dei ſubſtantia eſt/ nichil habens mutabile· Inconcuſſe ergo teneamus· qꝛ vnum et idē eſt ·ſ· eſſentia diuina/ dei eternitas/ potentia/ magnitudo· et tñ conſueuit ſcriptura hec et his ſimilia quaſi diſtincta ponere· In his ergo verbis triuꝫ perſonarum equalitatem breuiter complexus ē auguſtinꝰ· quia alius alium nec eternitate· nec magnitudine· nec potentia ſuperat· Qꝛ autem eternitate aliqua triū perſonarū aliam non excedat ſupra oſtē ſum eſt· vbi coeternitas triū perſonarū inſinuata eſt·

¶ Supra egit de eternitate· hic de magnitudine qꝛ ea aliqua perſonarum aliam non excedat·

NVnc ergo ſupereſt oſtēdere q̄
magnitudine vel potentia ali⁹
alium non excedat· et prius de
magnitudine videamus·

¶ Q̄ʒ non eſt maioꝛ vna perſona alia· nec
maius aliquid due q̄ʒ vna ·nec tres q̄m
due vel vna·

SCiendum ergo eſt· quia pater
non maioꝛ filio· nec pater nec
filius maior ſ·ſ·· Nec maius ali
quid due perſone ſunt ſimul q̄ʒ vna· nec
tres ſimul maiuſ aliquid q̄ʒ due·nec ma
ioꝛ eſt eſſentia in tribus q̄ʒ in duabus ·
nec in duabus q̄ʒ in vna · quia totā eſt
in ſingulis· Vnde iohannes damaſcen⁹
ait· Confiteamur deitatis naturam om
nem perfecte eē in ſingula ſuarum ypo
ſtaſeon·i·perſonarum·omnem in patre
omnem in filio·omnem i ſpū ſancto· Jō
q̄ʒ perfectus deus pater· p̄fectus deus
filius·p̄fectus deus ſpūſſanctus·

¶ Quomodo dr̄ eē pater in filio et filius
in patre et ſpūſſanctus in vtroqʒ et ſin-
gul⁹ in ſingulis·

ET inde eſt q̄ pater dicitur eſſe
in filio·et filius in patre·et ſpi-
rituſſanctus in vtroqʒ· et ſingu
lus in ſingulis· Vnde auguſtinus in li-
bꝛo de fide ad petrum· Propteꝛ vnita
tem naturalem·totus p̄r in filio et ſpiri-
tuſancto eſt· totuſqʒ ſpūſſanctus in p̄re
et filio· Nullus hoꝛum extra quemlibet
ipſoꝛum eſt ꝓpter diuine nature vnitatē
Ecce hic aperit aliquatenuſ·nō em̄ ple
ne poteſt tm̄ ab homine reſerari archa
num ex qua intelligentia dicatur ſingu
la perſonarum tota eē in alijs· Vnde eť
hilarius iſta interius perquirens i libꝛo
tercio d̄ trinitate ait· Affert pleriſqʒ ob
ſcuritatem ſermo domini·cū dicit·ego
i patre/et pater in me ē·nec immerito·
Natura enim intelligentie humane rōꝫ
dicti huius non capit· Nec exemplū ali

quod rebus diuinis comparatio huma
na p̄ſtabit··ſed quod intelligibile eſt
homini deo eſt poſſibile Cognoſcendū
itaqʒ atqʒ intelligenduꝫ ē quid ſit illud
Ego in patre et pater in me eſt·ſi tamē
compꝛehendere hoc ita ut eſt valebi-
mus ·vt q̄ natura rerum pati non poſſe
eſtimat id diuine veritatis ratio conſeq̄t
Patrem ergo in filio/et filiū i patre eē
plenitudo diuinitatis in vtroqʒ perfec-
ta eſt·quia plenitudo diuitatis in filio
quod in patre eſt hoc et in filio eſt · qd̄
in ingenito·hoc in genito· alter ab al-
tero·et vterqʒ vnum·is ſcilicet qui ē ni-
chil habens/quod non ſit etiā in eo a q°
eſt·non duo vnus ſed alius in alio·quia
non aliud in vtroqʒ vt vnum ſint in fide
noſtra ·vterqʒ non vn⁹·nec eundē vtrū
qʒ·nec aliud confitemur · quia deum ex
deo natum ·nec eundem natiuitas · nec
aliud eē permittit· Eand̄ igitur in vtro
qʒ et virtutis ſimilitudinem /et deita-
tis plenitudinem confitemur·quia veri-
tas dicit· Ego in patre et pater in me ē
Omnia enim filius accepit a patre· Nā
ſi patrem eiuſdem qui genuit accepit ·
neuteꝛ ergo perfect⁹ eſt·deeſt em̄ ei vn
de deceſſit·nec plenitudo in eo erit qui
ex poꝛtōne cōſtiterit· Neuter ergo per
fectus eſt ſi plenitudinem ſuam et q̄ ge
nuit amittit·nec qui natus eſt conſequi
tur· Fateamur ergo q̄ pater eſt in filio
⁊ filius in patre·deus in deo ut ideꝫ hi-
larius ait in ſeptimo libꝛo de trinitate ·
Non per duplicem conuenientium ge-
nerum coniunctōnem·nec per inſitiuam
capatōꝛis ſubſtantie naturam · ſed per
nature vnitam ſimilitudinem/ꝑ natiui-
tatem viuentis ex uiuente nature · dum
res non differt·dum naturam dei nō d̄
generat natiuitaſ·dum non aliud aliq̄d
ex deo q̄ʒ deus naſcitur · dum nichil in
his nouum eſt·nichil alienum·nichil ſe-
parabile· Ecce his verbis ꝓut humana
permittit infirmitas/intelligi poteſt ex
quo ſenſu xp̄c dixerit ſe eſſe in patre· et
patrem in ſe·ex eodeꝫ etiā ſenſu itelligiť

ſpūſſanctus eſſe in vtroq; · et ſingula ꝑſonarum in ſingulis · quia ſcꝫ in ſingulis eſt eadem plenitudo diuinitatis · et vnita ſimilitudo nature · quia non eſt maior natura diuina in aliqua harum perſonarum · ſed vnius et indifferentiſ nature ſunt hee tres perſone · Ideoq; altera in altera eē dicitur/vt predictum eſt · Vnde ambroſius p̄dictorum verborum ſententiā nobis aperiens ſuper epiſtolam ſecundam ad chor̄· ait · Per h° intelligitur pater eſſe in filio /et filius in patre · quia vna eſt eorum ſubſtantia · Ibi eſt enim vnitas vbi nulla diuerſitaſ Ecce tribus illuſtrium virorum teſtimonijs · ſ · auguſtini hilarij atq; ambroſij in idem concurrentibus reuelatōne ſpūſſancti in eis loquentis pie credere volētibus · Oſtenditur tamen quaſi per ſpeculum in enigmate qualiter accipiendū ſit cum dicitur pater in filio eē · vel filiꝰ in patre · vel ſpūſſanctus in vtroq; ·

Ad id quod ceperat redit · vt oñdat · ſ · q᷑ magnitudine alius alium ñ ſuperat ·

Sed iam nunc ad ꝓpoſitū redeamus/ceptoq; inſiſtamus oſtendentes /q᷑ magnitudine nulla trium perſonarum aliam ſuperat · q; nulla maior alijs · nec maius aliquid ſunt due q̄ vna · nec tres q̄ due · nec maior deuſ q̄ ſinguli eorum · quia ſingulꝰ illorum ꝑfectus eſt · nec eſt quo creſcat illa perfectio

Q᷑ nulla perſonarum pars ē in trinitate ·

Hec eſt aliqua trium perſonarū pars dei vel diuine eſſentie · q̄a ſingula harum verus et plenus deus eſt · et tota et plena diuina eſſentia eſt · Et ideo nulla iſtarum in trinitate pars eſt · Vnde auguſtinuſ in libro ſecundo contra maximinum hereticum · ſic ait · Putaſ deum patrem cum filio ⁊ ſpūſancto vnum deum eē non poſſe · Times em̄ ne pater ſit pars vnius dei qui conſtat ex tribus

Q̄d tenebat hereticus ponit auguſtinꝰ et reſpōdit

Noli hoc timere · Nulla em̄ ſit partium in deitatis vnitate diuiſio · Vnus eſt deus pater et filius et ſpūſſanctus · i · ipa trinitas vnus eſt deus · Ergo inquis/deus pater ē ps dei · Abſit · Tres enim perſone ſunt pat̄ ⁊ filius et ſpūſſanctus · Et hij tres quia vnius ſubſtantie ſunt/vnum ſunt · et ſumme vnum ſunt · vbi nulla naturarum nulla eſt diuerſitas voluntatum · Si em̄ natura vnum eſſent/et confeſſione non eſſent · non ſumme vnum eſſent · Si vō natura diſpares eſſent/vnum non eſſent · Hij ergo tres qui vnum ſunt/ꝓpter ineffabilem coniunctōnem deitatis qua ineffabiliter copulantur/vnus deus eſt · Pars ergo trinitatis eē non poteſt quicunq; vnus in tribus · In trinitate ergo que deus eſt · et pater deus eſt · et filius deus eſt · et ſpūſſanctus deus eſt · et ſimul hij tres vnus ſunt deus · nec huius trinitatis tercia pars eſt vnus · nec maius aliquid duo q̄ vnus eſt ibi · nec maius aliquid ſunt omnes q̄ ſinguli · q; ſpiritualis non corporalis eſt magnitudo Qui pōt capere capiat · qui autem non poteſt credat et oret/vt quod credit intelligat · Verum eſt em̄ quod per ꝓphetam dicitur · Niſi credideritis nō intelligetis · His verbis aperte oſtendit indifferentem magnitudinem trium perſonarum · Item in eodem libro ·

Argumentatio auguſtini contra hereticum qua oſtendit patrem et filiuꝫ et ſpiritumſanctum ñ eē partes in trinitate ·

Si vero nempe dixiſti vnum deuꝫ ex partibus eē compoſitum · et h° de patre vis intelligi · Ille inquis virtus eſt ingenita ſimplex/ ⁊ tam in hac ſimplici virtute multa videris

I

commemorare cum dicis · Deus deum
genuit · bonus bonum genuit · ſapiens ſa
pientem · demens dementem · potenſ po
tentem · Nunquit ergo bonitas et ſapiē
tia / et dementia / et potentia partes ſūt
vnius virtutis quam ſimplicem eē dixi:
ſti? Si dixeris partes ſunt · Simplex er:
go virtus ex partibus conſtat · Et ſim:
plex iſta virtus te diffiniente vnus ē de
us · ergo deum ex partibus compoſitū
eſſe dicis · Non dico inquis / non ſunt er:
go partes · Si ergo in vna perſona prīs
illa inuenis que plura videntur / et par:
tes non inuenis · quia vna virtus ſimplex
eſt · Quantomagis pater et filius et ſpi
ritusſanctus · et ꝓpter indiuiduam dei:
tatem vnus deus · et ꝓpter vniuſcuiuſq;
ꝓprietatē · tres perſone ſunt · et ꝓpter ſin
gulorum ꝑfectōnem / partes vnius dei
ñ ſunt · Virtus eſt pater · virtus eſt filiuſ
virtus eſt ſpūſſanctus · Hoc verum di:
cis · ſed q virtutem de virtute genitā
⁊ virtutem de virtute ꝓcedentem · non
vis eandem habere naturam · hoc fal:
ſum dicis · hoc contra fidem rectam et
catholicā dicis · His verbis aperte do
cetur q tres perſone ille nō ſunt partes
dei vel diuine eſſentie · Nullaq; illarum
trinitatis pars dicenda eſt · nec vna ma
ior alijs ·

Cum dicimus tres perſonas eē vnā eēn
tiam nec ut genus de ſpēbus · nec ut ſpe
ciē de indiuiduis ꝑdicamus · quia non
eſt eſſentia genus · et perſone ſpecies et
perſone indiuidua ·

Hic adiciendū eſt q tāta eſt eqlis
trium ꝑſonarū · atq; indifferēs
magnitudo q cū dicam⁹ tres
ꝑſonas vnam eſſe eſſentiam · vel ſubſtā:
tiā · neq; vt genus de ſpēbus neq; vt ſpe
ciem de indiuiduis ꝑdicam⁹ · non enim
eſſentia diuina genus eſt · ⁊ tres ꝑſone
ſpēs vel eſſentia diuina ſpēs ⁊ tres per:
ſone indiuidua · Quod aug̃ rationibus ꝓ:
babilib⁹ atq; irrefragabilib⁹ apte de:
monſtrat · in · li · vij · de trinitate dicens ·
Si eſſentia genus eſt · ſpēs aūt perſona
vt nōnulli ſentiunt · oportz appellari treſ
ſubſtentias / ut appellantur tres perſo:
ne · Sicut cum ſit animal gen⁹ / et equ⁹
ſpecies appellantur tres equi / idemq;
tria animalia · Non eñ ibi ſpecies plura
liter dicitur / et genus ſingulariter · vt ſi
diceretur tres equi ſunt vnum animal ·
ſed ſicut tres equi ſpeciali noīe · ita aia:
lia nomine generali dicuntur · Cum er:
go tres perſonas vnam fateamur eē eſ
ſentiam · non tres eſſentias · cū tres eq
tria animalia dicantur non vnum · Pa:
tet nomine eſſentie nō ſignificari gen⁹
nec in nomine perſone ſpeciē ·

Hic probat q non dr ut ſpēs de indiui
duis ·

Si vero dicunt nomine perſone
nō ſpeciem ſignificari / ſed ali:
quid ſingulare atq; indiuiduū ·
⁊ nomine eēntie ſpēm intelligi / vt per:
ſona non dicatur ſicut homo · ſed quo:
modo dicitur hic homo · vel ut abraham
iſaac · iacob · uel quis alius qui etiam
digito pñſ demonſtrari poſſit Hic quo
q; illos eadem ratio confutabit · Sicut
enim dicuntur abraham iſaac iacob tria
indiuidua · ita tres homines et tria ani
malia · Cur ergo pater et filius et ſpūs
ſanctus ſi ſcdꝫ genus et ſpeciem et indi
uiduum iſta diſſerimus non ita dicunt
tres eſſentie / ut tres perſone ·

Alio mō ꝓbat idem ·

Alio quoq; modo idem probat
aug⁹ · ſ · q eſſentia diuina non ē
genus / nec perſone ſpēs · vel eſ:
ſentia non eſt ſpēs / nec perſone indiui:
dua · Vna inquit eēntia non habet ſpe:
cies · ſicut vnum animal non habet ſpēs
Pater ergo et filius et ſpūſſanctus nō
ſunt tres ſpēſ vniuſ eēntie · diuina ergo
eſſentia / genus ñ ē · Sꝫ nec ſpēſ eſt eſſen
tiā diuina / et perſone indiuidua · Sicut

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

homo ſpecieſ eſt. Indiuidua autẽ abraham. iſaac. ⁊ iacob. Si em̃ eſſentia ſpecies eſt ut homo. ſicut non dicitur vnus homo eſſe abraham. iſaac. et iacob. ita non diceretur vna eſſentia eẽ tres perſone. Non ita qȝ ſcḋum genus et ſpẽs iſta dicimus.

## Nec ſecundum materialem cauſam dicunt tres perſone vna eſſentia

Notandum etiam q̄ eſſentia diuina non eſt materia trium perſonarum / vt auguſtinuſ in eod libro docet. tanquã ſcḋum communem eãdemqȝ materiam. treſ perſone dicantur eẽ vna eẽntia. ſicut ex eodem auro ſi fierent tres ſtatue / diceremꝰ tres ſtatuas vnum aurum. Non autem ſic trinitatem id eſt tres perſonas dicimꝰ vnam eſſentiam et deum vnum / tanquã ex vna materia. tria quidem ſubſiſtant. In ſtatuis em̃ equalibus plꝰ auri eſt / tres ſimul q̄ ſinguli. et minus auri eſt vna q̄ due. In illa vero eſſentia trinitatiſ nullo mõ ita eſt. Non ergo ſecundum materialem cauſam tres perſonas vnam dicimꝰ eſſe ſubſtantiam / vel eſſentiã. ſicut tres ſtatue dicuntur vnum aurum.

## Nec ita dicuntur treſ perſone vna eſſentia ut tres homines vna natura vel vnius nature.

His quoqȝ addẽdum eſt q̄ treſ pſonas nõ ita dicimus eſſe vnã eſſentiam. vt auguſtinus in eodem ait vel vnius eſſentie. ſicut dicimꝰ aliquos tres homines eiuſdem ſexus et eiuſdem temperatõis corporis. eiuſdem qȝ animi vnã eẽ naturam vel vnius nature. Nam in his rebus non tm̃ eſt vnꝰ homo / quantum tres hoĩes ſimul. ⁊ plꝰ aliquid ſunt homĩes duo q̄ vnus homo. ſicut i ſtatuis eẽ dicimus. ac i deo non eſt ita. Non em̃ ſimul pater et filiꝰ maior eſſentia eſt q̄ ſolus filius / vel ſolus pater. ſed tres ſimul ille perſone equales ſunt ſingulis. Ex p̃miſſis patet q̄ tres perſone dicuntur diuia eſſentia nec ſcḋum materialẽ cauſaȝ. vt tres ſtatue vnum aurum. nec ſcḋm complexioñ ſimilitudinem. vt tres homines eiuſdeȝ nature. nec vt genus p̃dicatur de ſpeciebus. vel ut ſpẽs de indiuiduiſ. i. continẽſ de contentis. maius de minoribus.

## Que videntur aduerſari predictis.

Ad hoc autem quod illi dicunt. cum queritur quid tres/ vel q̄d tria/ de eſſentia queritur. quia ñ inuenitur quid illi tres ſint niſi eſſentia per hoc volentes nos inducere/ vt i nomine perſone eſſentiam intelligamus. cum reſpondemus tres perſonas ita dicemus/ indubitabiliter verum eſt. quia non inuenitur vnū aliquid quod illi tres ſint niſi eſſentia. Vnū enim ſunt illi tres id eſt eſſentia diuina. Vnde veritas ait Ego et pater vnum ſumus. Verūtamē cum queritur quid tres vel quid tria. ñ de eſſentia queritur. nec ibi quid ad eſſentiam refertur. Sed cum fides catholica tres eē ꝯfiteretur ſicut iohannes in epiſtola canonica ait. Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in celo. querebāt quid illi tres eſſent. id eſt an eſſent tres res. et que eſſent tres res. et quo nomīe ille tres ſignificarentur. et ideo loquendi neceſſitate inuentum eſt ad reſpōdēdum hoc nomen perſona/ et dictum eſt tres perſone. Non autem te moueat q̄ diximus tres res. Non enim hoc dicentes diuerſarum rerum numerū ponim⁹ in trinitate. ſed ita tres res dicimus. vt eaſdem eē vnam quandam ſummam rē confiteamur. Vnde auguſtin⁹ in libro de doctrina xpiana ſic ait. Res quibus fruendum eſt nos beatos faciunt. Res ergo quibus fruendum eſt ſunt pater et filius et ſpūſſanctus. Eademq; trinitas vna quedam ſumma res eſt/ communis q; fruentibus ea. ſi tamen res et ñ rerū omniū cauſa ſit. Non enim facile poteſt inueniri nomen quod tante excellentie conueniat./ niſi q̄d melius dicitur trinitas hec vnus deus. Sicut ergo tres reſ dicunt/ et hee ſunt vna res/ ita tres ſubſiſtentie dicuntur/ et hee ſunt vna eſſentia. Ecce oñſum eſt que ſit intelligentia huius nominis perſona/ cum dicimus tres perſonas

Ex quo ſenſu dicatur. alia eſt perſona patris alia filij alia ſpūſſancti.

Nunc inſpiciamus. vtrum ſecundū eandem rōnem et cauſā dicatur. alia eſt perſona patris. alia filij. alia ſpūſſancti. quod vtiq; ſane intelligi poteſt/ vt ſit ſenſus talis. alia ē ſubſiſtētia vel ypoſtaſis patris. alia ſubſiſtentia filij. alia ſubſiſtentia ſpūſſancti Et alia ſubſiſtētia pater/ alia filius alia ſpūſſanctus.

Quomodo hec intelligantur/ alius i pſona pater. ali⁹ filius. alius ſpūſſanctus

Deinde queritur vtrum ſecundū eandem rōnem accipiatur cum dicitur/ ali⁹ eſt pater in pſona alius in perſona filius. alius in perſona ſpūſſanctus. ſiue alius perſonaliter pat̄ alius perſonaliter filius/ alius perſonaliter ſpūſſanctus. Ad quod dicimus q; et ſi poſſit eodem modo accipi/ congruentius tamen ex ratōne dicti alia variat intelligentia. vt hic perſone nomine ꝓpetas perſone intelligatur/ vt ſit ſenſus talis. Alius eſt ī perſona vel perſonaliter pater. i. ꝓprietate ſua. pater alius eſt q̄ filius/ et filius ꝓprietate ſua. aliusq̄ pater. Paternali enim ꝓprietate diſtinguit ypoſtaſis pris/ ab ypoſtaſi filij. et ypoſtaſis filij filiali ꝓprietate diſcernitur a patre. et

ſpūſſanctus ab vtroq; diſtinguitur pro
ceſſibili ꝓprietate.

¶ Q̇ȯ ſecundu; hunc modum i predictis
locutionibus poteſt accipi.

Hoc etiam modo ſane poteſt ac
cipi perſona in premiſſis locuti
onibus cu; dicitur alia eſt per
ſona patris. alia filij. id ē alia eſt ꝓpetas
qua pater eſt. alia qua filius ē. alia qua
ſpūſſanctus eſt ſpūſſanctus. Ita etiam
nomine perſone quidam ꝓpetates intel
ligere volunt. cum dicuntur tres perſo
ne/ ſed melius ē ut ſubſiſtentias vel ypo
ſtaſes intelligamus cum dicimus tres p
ſonas. Ex predictis colligitur q; nomen
perſone in trinitate triplicem tenet rō;.
Eſt em̄ vbi facit intelligentiam eēntie/
⁊ eſt vbi facit intelligentiam ypoſtaſis
et eſt vbi facit intelligentiam ꝓpetatis.

¶ Autoritatibus ſanctoru; oſtendit quod
dixit.

Quod autem ſecundum ſubſtan
tiā dicatur et eſſentiam aliquā
do ſignificet/ ſupra ex dictis au
guſtini aperte oſtendimus. Q; vero p
ypoſtaſi atq; ꝓpetate accipiat/ ex auto
ritatibus ſanctoru; oſtendi oportet. ne
coniecturis noſtris aliquid auſi dicere
videamur. De hoc hieronimus in expo
ſitōne fidei catholice ad alipium et au
guſtinum epos ita ait. Non eſt prorſus
aliquis in trinitate gradus. nichilq; qḋ
inferius ſuperiuſue dici poſſit/ ſed tota
diuinitas ſui perfectōne equalis eſt. vt
exceptis vocabulis que ꝓpetate; idicāt
perſonarum quidquid de vna perſona
dicitur/ de tribus poſſit digniſſime in
telligi. atq; ut confutantes arrium vna;
eandemq; trinitatem dicimus eē eēntiā
vel ſubſtantiam. et deum vnum in trib9
perſonis fatemur. ita etiam impietate;
ſabellij declinantes/ tres perſonas exꝓſ
ſas ſub ꝓpetate diſtinguimus non ipſu;

ſibi patrem/ ipm̄ ſibi filium. ipm̄ ſibi ſpi
ritumſanctum eē dicentes. ſ; aliam pa
tris/ aliam filij. aliam ſpūſſancti eē per
ſonam. Non enim nomina tantumō. ſed
etiam nominu; ꝓpetates. i. perſonas ut
greci exprimunt ypoſtaſes. i. ſubſiſtenti
as confitemur. Nec pater filij/ vel ſpūs
ſancti perſona; aliquando excludit. Nec
filius vel ſpūſſanctus patris nomen per
ſonamq; recipit. Sed pater ſemper pa
ter. et filius ſemper filius. et ſpūſſanct9
ſemper ſpūſſanctus. Itaq; ſubſtantia
vnum ſunt. ſed perſonis ac nominib9 di
ſtinguuntur. Ecce hic aperte dicit hie
ronimus ꝓpetates eē perſonas. et perſo
nas eē ſubſiſtentias. Unde manifeſtum
fit quod diximus. ſ. perſone nomine ſig
ficari. ⁊ ypoſtaſi; ⁊ ꝓpetatē Johānes etiā
damaſcen9 perſonas dicit eē ypoſtaſes
et eas dic̄ entes ita inquiens. In deita
te vnam naturā confitemur et tres ẏpo
ſtaſes. ſcd̄um veritatem entes. i. pſonaſ

¶ De ꝓpetatibus perſonarum/ ſed prius ḋ
hoc nomine ypoſtaſis. 26

Uiceſima ſexta diſtinctio

Nunc de ꝓpetatibus perſonaru;
quas frequenter in hoc tracta
tu commemorauimus aliquid
loqui nos oportet. Sed primum audia
mus quid de hoc nomie ypoſtaſis hie
ronimus dicit. Ait enim ſub hoc nomie
venenum latere. Sed hoc dicit ſecund̄
q; heretici eo vtebantur vt ſimplices ſe
ducerent. ſ. pro perſona et pro eſſentia.
vt ſiue diceretur vna tantum ypoſtaſis
ſiue tres minus peritos ad inconueniēſ
deducerent/ cum non erat hoc nomen
ita apud catholicos vulgatum. nec ita
eis ſignificatio determinata ut modo.
Et ideo hieronimus dicit hoc nomine n̄
vtendum fore ſine diſtinctōne vel expo
ſitōne tunc. ſ. quando cum hereticis cō
tendebatur/ ita ſcribens de fide catho
lica ad damaſum papam. Ab arrianoꝝ
preſule ypoſtaſeon nouellum nomen a
me homine romano exigitur. Interogā9

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quid tres ypoſtaſes arbitrentur intelli
gi· Tres perſonas ſubſiſtentes aiūt· Re
ſpondemus nos ita credere·non ſufficit
eis ſenſus ipm nomen efflagitant·qꝫ ne
ſcio quid venenī i ſillabis latet· clamāꝰ
ſi quis tres ypoſtaſes·id eſt tres ſubſi=
ſtenteſ perſonas non confitetur anathe
ma ſit· Si quis autem ypoſtaſim vſiam
intelligens / non tribus perſonis vnam
ypoſtaſim indicit· Alienus a chriſto eſt
qui ſcilicet tres ipoſtaſes dicens·ſub no
mine pietatis tres naturas conatur aſſe
rere· Sufficiat nobis dicere vnam ſub=
ſtanciam/et tres ꝑſonas ꝑfectas equa=
les·taceamus tres ipoſtaſes ſi placet n̄
bone ſuſpitōnis eſt cum in eodem ver=
bo ſenſuſ diſſentiunt·aut ſi rectum puta
tis tres ipoſtaſes cum interp̄tatōnibus
ſuis debere nos dicere n̄ negamꝰ· Sed
michi credite venenum ſub melle latet·
Tranſfigurat enim ſe angelus ſathane
in angelum lucis· His verbis nō negat
vtendum eſſe nomine ipoſtaſis·ſed he=
reticos eo praue vſos oſtendit/ contra
quos cautela opus erat ī diſtinctōe ſig
ficatōnis · alioquin ſibi contradiceret
qui ſupra tres ipoſtaſes confitetur ·

¶ De ꝓpetatibus perſonarum et de nomi
nibus eaꝝ relatiuis

Iam de ꝓpetatibus perſonarum vi
deamus· que etiam notōnes ſiue
relatōnes in ſcriptura plerūqꝫ di=
cuntur · In illa trinitate ſancta q̄
ideo a nobis repetitur vt cordi noſtro
tenacius infigatur·ait auguſtinus in li=
bro de fide ad petrum aliud eſt genuiſ=
ſe q̄ natum eē·aliudqꝫ eſt procedere q̄
genuiſſe vel natum eē· Vnde manifeſtū
eſt q alius eſt pater·alius filius· alius
ſpūſſanctus· Et eſt ꝓpꝛium ſolius patris
non quia non eſt natus ipe/ſed q vnum
filium genuit · ꝓpꝛiumqꝫ ſolius filij ·non
quia ipe non genuit·ſed quia de patris
eſſentia natus eſt· Proprium vero ſpūs
ſancti eſt·non quia nec natuſ eſt ipe nec
genuit·ſed quia ſolus de patre filioqꝫ ꝓ
cedit · Ecce breuiter aſſignauit tres ꝓ=
prietates trium perſonaꝝ quarum vna n̄
eſt alia· Hoc enim ſignificauit cum di=
xit Aliud eſt genuiſſe q̄ natum eē·aliud
qꝫ procedere·id eſt alia ꝓpꝛietas ſiue no=
tio eſt generatio·et alia natiuitas · alia
proceſſio que alijſ nominibus dicuntur
paternitas filiatio·

¶ Hic de nominibus relatiuis que notant
ipas relatōnes·

Has ꝓpꝛietateſ deſignant nomina
perſonarum ·ſ·pater/ filius/et
ſpūſſanctus que relatiua ſunt et
ad ſe muicem dicuntur·quia notant re=
latōnes que non ſunt deo accidentales
ſed in ipis perſonis ab eterno ſunt incō
mutabiliter vt non modo appellatōneſ
ſunt relatiue/ſed etiam que relatōes ſi=
ue notōnes in rebꝰ ipis·ſ·i perſoīs ſint

¶ Q nonomnia que de deo dicuntur ſe=
cundum ſubſtantiam dicuntur ·quedaꝫ
enim ſecundum relatōnem dicuntur ni
chil tn̄ ſecundum accidens·

Vocirca ſciendum eſt non om̄e
quod dr̄ de deo/dicitur dici ſe=
cundum ſubſtanciam ·quia que
dam dicuntur ſecundum relatōnem q̄ n̄
eſt accidens·quia non eſt mutabiliſ· Vn̄
auguſtinus in quinto libro de trinitate
docet· Nichil in deo ſecundum accidēs
dicitur/quia nichil ei accidit· Nec tam̄
omne quod dicitur ſcd̄um ſubſtantiam
dicitur· In rebus creatis atqꝫ mutabili
bus/quod non ſecundum ſubſtantiā dr/
reſtat ut ſecundum accidens dicatur ·
In deo autem nichil quidem ſecunduꝫ
accidens dicitur·quia nichil in eo mu=
tabile eſt aut amiſſibile Nec tn̄ om̄e qd̄
dicitur ſecundum ſubſtantiam dicitur ·
Dicitur enim ad aliquid ſicut pater ad
filium/et filius ad patrem /quod non ē
accidens · quia et ille ſemper pater/ et

ille ſemp̄ filius / et ita ſemper · quia ſemper natus eſt filius · nec cepit vnquaꝫ eē filius · Q̄ ſi aliquādo eē cepiſſet aut aliquando deſineret eē filius / ſecunduꝫ accidens diceretur · Et quia pater non dr̄ pater niſi ex eo qđ eſt filius · et filius nō dicitur filius / niſi ex eo q̄ habet patreꝫ Non ſecundum ſubſtantiam hec dicunt̄ ſed ad inuicem iſta dicuntur · neqꝫ tam̄ ſecunduꝫ accidens · quia et q̄ dicitur pater / et q̄ dicitur filius et eternum atqꝫ īmutabile ē eis · Ecce aperte his verbis oſtenditur quedam dici de deo ſecundum ſubſtantiam / quedam ſecundum relatōnem · nichil tamen ſecunduꝫ accidens · Oſtenditur etiam proprietas patris eē q̄ habet filium · et ꝓprietaſ filij q̄ habet patrem · Ideoqꝫ cum dixit eternum et incommutabile eē qđ pater dicitur et quod filius dicitur ita ītelligi voluit · i · ꝓpetas qua pater eſt pater · et ꝓpetas qua filius eſt filius / eterna eſt et incommutabilis · quia et pater ſemper pr̄ et filius ſemper filius · Unde et hilarius ꝓpetates perſonarum aſſignans in duodecimo libro de trinitate ait Si ſemper patri ꝓpium eſt q̄ ſemper eſt pater · neceſſe eſt ſemper filio ꝓpium eſſe ut ſemp̄ eſt filius · Ubi enim ſp̄ pr̄ eſt ſemper et filius · ergo qui non ſemper pater eſt · n̄ ſemper genuit · Item ī eodē · Nato deo manifeſtum eſt proprium eſſe quod filius eſt ·

¶ Quare dicatur eē proprium vnigeniti / q̄ eſt filius dei cum etiam homines ſint filij dei / hilarius proprietatibus patris et filij determinat ·

Hic queritur quomodo dicatur eē propriuꝫ nato deo q̄ eſt dei filius vel genitus ex deo · cum etiam homines filij dei dicantur et ſint ſecundum illud · filij excelſi omnes · Et ad moyſen de populo iſrael dominꝰ ait filius meus primogenitus iſrael / ſed magna eſt diſtantia · homines enim filij dei ſunt factura · non natiuitatis ꝓpetate · Deus autem filius originis ꝓpetate filius ē et veritate natiuitatis · non factura vel adoptōne · et illi quidem ante ſunt q̄ filij dei ſunt · Fiunt enim filij non naſcunt̄ filij dei · Unde hilarius ſolum deum natum originis ꝓpetate dei filiuꝫ oſtendēs inter ipſum et homines filios dei euidētiſſime diſtinguit in duodecimo libro đ trinitate ita dicens · Vero patri ſolus q̇ ex eo naſcituꝛ vere filius eſt · et nos quiđ filij dei ſumus / ſed per facturam · Fuimꝰ enim aliquando filij iracundie · ſed filij dei per adoptōnem effecti ſumus potiꝰ q̄ naſcimur · et qꝛ om̄e qđ fit anq̄ꝫ fiat n̄ fuit · Nos cum filij non fuiſſemus / efficimur · Ante enim filij non eramus / ſed ꝑ gratiam facti ſumus · non nati neqꝫ generati / ſed acquiſiti · acquiſiuit enim noſ deus ſibi · et per hoc dicitur nos genuiſſe · Genuiſſe enim deum filios · nunquaꝫ cum ꝓpetatis ſignificatōne cognoſcimus dici · Ex adoptōne enim homo factus eſt filius dei non generatōne / neqꝫ ei ꝓpetas eſt / ſed nuncupatō · ac per id n̄ vere filius · quia nec ꝓpe natus dicit̄ · nec ſemper fuit filius · Unigenitus autē deus nec fuit aliquando non filius · nec fuit aliquid antequam filius · nec quicquā ipe niſi filius · atqꝫ ita qui ſemper eſt filius naſcibilitatis ꝓpetate ac veritate filius eius eſt ſolius qui genuit · et ille tantum qui genuit pater ipius eſt · quia ſic ille filius origine · ita ille pr̄ generatōe ·

¶ Q̄ homo dicitur filius trinitatis et trinitas poteſt dici pater hoim̄ ·

Homo vero qui filius dei eſt factura / non tantum patris ſed et filij et ſpūſſancti filius eſt · id ē totius trinitatis · et trinitas ipa pater eius dici poteſt · Unde auguſtinus in · v · libro de trinitate dicit Non poteſt dici trinitas pater niſi forte tranſlatiue ad creaturam ꝓpter adoptōnem filiorum · Quod enim ſcriptuꝫ eſt · audi iſrael dn̄s

deus tu9 de9 vnus est/ñ vtiq3 excepto fi
lio aut spūsancto/oportet intelligi quez
vnum dominū deū nostrū recte dicim9
etiam patrem nostrum/per gratiam suā
nos regenerantem De hoc etiam hilari
us in sexto libro de trinitate ait. Omni
bus per fidem deus est pater/quibus ē
pater per eam fidem hiesum xp̄m dei fi
lium confitemur. Ecce ostensu3 est qua=
re xp̄um dicatur eē dei nati/q̄ filius est
quia sc3 ip̄e solus natus xp̄e dicitur. Vn
de hilarius in libro sexto đ trinitate ait
Dominus dicens clarifica filium tuum
non solo nomine contestatus est se esse
filium/sed et xp̄etate/nos filij dei sum9.
sed non talis hic filius. hic enim verus
⁊ xp̄rius ē filius origine/non adoptōne.
veritate/non nuncupatōne. natiuitate/
non creatōne.

¶ Q̄ spūssanctus xp̄e dicitur donum dei.
quia xp̄etate ē donum. vt filius natiuita
te et in vtroq3 modo. dicitur relatiue. ⁊
sc̄dum eandē relatōnem.

Ita etiam de spūsancto dicendum
est qui xp̄e dicitur donum dei. cu3
tamen et alia plura sunt dona dei
Sed spūssanct9 ita xp̄etate immu
tabili et eterna donu3 est/sicut fili9 xp̄e
tate fili9. Eo enim dicitur donum quo
spūssanctus. et vtroq3 vtiq3 nomine/re=
latiue dicitur. Eademq3 relatōne dicit
spūssanctus/et donum. licet ip̄a relatio
non ita appareat in hoc nomine spūssan
ctus/sicut in hoc nomine donu3. Vnde
augustinus in quinto libro de trinitate
ait. Spūssanctus qui non est trinitas/s3
in trinitate intelligitu2/in eo q̄ xp̄e dici
tur spūssanctus relatiue dicitur/cum et
ad patrem/et ad filium refertur. quia
spūssanctus et patris et filij et spūssan=
ctus est. Sed ip̄a relatio non apparet
in hoc nomine. Apparet autem cum di
citur donum dei. donum est enim patris
et filij. quia et a patre procedit et a fi=
lio. ergo spūssanctus ineffabilis queda3
patris filijq3 communio est. Et ido for
tasse sic appellatur. vt iam diximus. nec
iterare piget. quia patri et filio potest
eadem appellatio conuenire. Nam hoc
ip̄e xp̄e dicitur/qđ illi communit. Quia
et pater spūs/et filius spūs/⁊ pater san
ctus et filius sanctus. Vt ergo ex nomi=
ne quod vtriq3 conuenit/vtriusq3 com=
munio significetur/vocatur donum am
borum spūssanctus. Ecce habes quare
spūssanctus xp̄e dicatur donum/⁊ q̄ re
latiue dicitur. siue donum. siue spūssan
ctus. Et q̄ nomen sibi xp̄u3 tenet/quod
communiter patri et filio conuenit/sed
diuisim. Et est sciendum quia cum pat
vel filius đ3 spūs siue sanctus/neutrum
relatiue dicitur. sed ſm substantiam.

¶ An pater vel filius vel trinitas ip̄a pos=
sit dici spūssanctus.

Hic queri potest vtrū pater vel
filius/vel etia3 ip̄a trinitas pos
sit dici spūssanctus. sicut disiun
ctim dicitur et spūs et sanctus. De hoc
augustinus in quinto libro de trinitate
sic ait. Trinitas nullo modo potest di=
ci filius/spūs vero sanctus. potest quid
vniuersaliter dici secundu3 id quod scri=
ptum est. quoniam deus spūs est. Ita=
q3 pater et filius et spūssanctus. quoni
am vnus est deus/et vtiq3 deus sanctus
est. et deus spūs est. potest appellari tri
nitas ⁊ spūssanctus. Sed tamen tūc spi
ritussanctus relatiue non dicetur/sed se
cundum essentiam. quia xp̄e spūssanctus
qui non est trinitas. sed in trinitate di=
citur relatiue.

¶ Quidam putant spm̄sanctum non dici
relatiue ad patrem et filium. quia cum
vicissim respondent sibi respondent vo
cabula sed falso.

Quidam tamen putant spm̄san=
ctum vel donum non dici relati
ue ad patrem/vel ad filium. Si

enim inquiunt hec relatiue ad ſe dicunt ſuis inuicem ſibi reſpondent vocabulis vt ſicut dicitur pater filij pater· et filius patris filius· ita dicatur pr̄ ſpūſſancti vel doni pater/et ſpūs· vel donū patris ſpiritus vel donum ·ſed non ita eſt in omibus relatiuis· Non enim omnia que relatiue dicuntur ſuiſ ad ſe inuicem reſpōdent vocabulis · Unde auguſtinus horū elidens opinionem in quinto libro de trinitate · Non moueat inquit · quoniam diximus ſpm̄ſanctum non ipſam trinitatem ſed eum qui eſt in trinitate vel relatiue dici· licet non ei reſpōdeat viciſſim vocabulum eius ad quem refertur· Dicimus enim ſpm̄ſanctum patris/ſed non viciſſim dicimus patrem ſpūſſan· ne filius eius intelligatur ſpūſſanctus · Item dicimus ſpm̄ſanctum filij/ſed non dicimus filium ſpūſſancti· ne pater eius intelligatur ſpūſſanctus· In multis enim relatiuis hoc contingit· vt non inueniat vocabulum quo ſibi viciſſim reſpondeant· Cum enim dicimus donum patris et filij· non quidem poſſumus dicere patrem doni aut filium doni· Sed ut hec viciſſim reſpondeant /dicimus donum donatoris et donatorem doni · quia hic potuit inueniri vſitatum vocabulū illic non potuit· Donum ergo donatoris et donator doni· cum dicimus relatiue/vtrūq; ad inuicem dicimus· donator tamen non fuit deus niſi ex tempore cum ſpūſſanctus ſit donum etiā ab eterno

An eaſdem ꝓpetates aſſignent auguſtinus et hilarius· et an iſte ſint que dicuntur pr̄nitas/ꝛ filiatō/ et proceſſio

Vicesima septima Dis

Hic queri poteſt vtrum proprietates quas hilarius ſupra aſſignauit· ſ· q̄ pater ſemper eſt pater et filius ſemper eſt filius/ſint ille eedē ꝓpetates quas auguſtinus ſuperius diſtinxit dicens· Propriū eē patris q̄ genuit filium· et ꝓpum filij q̄ genitus eſt patre ·et ſpūſſancti q̄ ab vtroq; procedit· ac deinde vtrum et iſte ſint ille que dicuntur paternitas filiatō ꝓceſſio·

Q̄ nō videntur eedem proprietates q̄ſ proponit· hilarius et auguſtinus·

Videtur q̄ no ſint eedem ꝓpetates quas ponit hilarius· et ille quas ponit auguſtinus· Si enī eedem ſunt ·idem eſt ergo patri eē prē et genuiſſe filium/quod vtiq; quidam cōcedunt· ſi autem hoc eſt/cui ergo conuenit ut ſit pater ei conuenit genuiſſe filium· Natura ergo diuina ſi pater ē genuit filium · Si vero non genuit pater n̄ eſt· Sed quis audeat dicere ·aut q̄ ipa genuit filium /aut q̄ ipa pater non ſit· Si autem ipa pater eſt/nec filium genuit· Non eſt ergo idem dicere aliquid eē patrem/et gignere filium · Et ita nō videtur vna eademq; eē ꝓpetas ·

Reſponſio vbi oſtendit eaſdem eſſe proprietates·

Ad quod ſine preiudicio aliorū dicimus q̄ eaſdem proprietates notauit vterq; ſ·licet diuerſis verbis· Quod enim hilarius ait ita itelligi debet · Proprium patris ē q̄ ſemp pater eſt· id eſt ꝓprietas patris eſt qua ſemper pater eſt· ſemper vero pater ē · quia ſemper genuit filium· Ita et ꝓpū filij eſt/q̄ ſemper filius eſt· id eſt ꝓpetaſ filij eſt qua ſemper filius eſt · Filius vero ſemper eſt· quia ſemper genitus eſt · ergo ꝓpetas qua pater/pater eſt · quia ſemper genuit· Et hec eadem dicitur pr̄nitas vel generatō et ꝓpetas qua filius ſemper eſt filius· Et quia ſemper genitus eſt a patre· et hec eadem dicitur filiatio vel genitura vel natiuitas vel origo vel naſcibilitas· Sic ꝛ ꝓprietaſ qua ſpūſſanctuſ eſt ſpūſſanctus vel donum eſt· quia ꝓcedit ab vtroq;· et hec eadem dicitur proceſſio· In premiſſis ergo locutōnibus eedem ſignificate ſunt ꝓprietates · ita et de alijs ·

¶ Q₇ non eſt omnino idem dicere aliquid
eē patrem/ et genuiſſe vel habere filiuꝫ
ita et de alijs.

NEc tamen videtur nobis omī
no eē idem dicere aliquid eē fi
lium/eē patrem. et genuiſſe fili
um. vel aliquid eē filium/et habere pa=
trem . vel eē ſpūſanctū ⁊ procedere ab
vtroqꝫ. alioquin pater non eſſet nomen
ypoſtaſis. i. perſone/ſed ꝓpetatis tantū
Similiter filius et ſpūſſanctus . et ita ñ
per tria nomina ſigni ficarentur tres ꝑ=
ſone. Ideoqꝫ dicimus quia patris nom̄
non tantum relatōnem notat. ſed etiam
ypoſtaſim. i. ſubſiſtentiaꝫ ſignificat. ita
et filius et ſpūſſanctus

¶ Relatōnum vocabula ſunt paternitas/
filiatō/proceſſio/nec perſonas ſigficāt

REIatōnum vero vocabula. ſ. pa
ternitas/ filiatio/ proceſſio vel
gignere vel gigni ꝓcedere ipaſ
tm̄ relatōnes. non ypoſtaſes ſignificāt
ſiue habere filium/et habere patreꝫ /vt
verbi gratia cum dicimus deus eſt paẗ
nomine patris /et relatōnem notamus.
et diuinam ypoſtaſim ſignificamus/vt
ſit intelligentia talis. de⁹ vel diuina eſ
ſentia eſt pater . i. ille qui genuit. ſ. ypo=
ſtaſis que habet filium. Similiter deus
eſt filius . i. ypoſtaſis genita vel habenſ
patrem . Ita etiam deus eſt ſpūſſanct⁹
id eſt ypoſtaſis procedens ab vtroqꝫ ſi
ue ille qui procedit. Cū vͦ noīa relatō
nuꝫ ponimus in predicatis/notōnes ip=
ſas tantum ſignificamus. non ypoſtaſeſ
vt cum dicitur deus genuit. i. habet fili
um. et deus genitus eſt. i. habet patreꝫ
Et tunc oportet itelligi i ſubiectis ypo=
ſtaſes tantum non eſſentiam que illis ꝓ
prietatibus determinantur.

¶ Q₇ proprietates determināt ypoſtaſeſ
non ſubſtantiā vel naturam.

ILle enim ꝓpetates ſingule ſingulis
ꝓpe conueniunt perſonis ⁊ per eaſ
perſone determinantur/et a ſe in=
uicem differunt. ſed a ſe non ſece=
dunt. Vnde iohannes damaſcenus ait.
Non differunt ab inuicem ypoſtaſes ſe=
cundum ſubſtantiam. ſed ſecundum ca=
racteriſtica ydiōata. i. determinatiaſ ꝓ
prietates. Caracteriſtica vero . i. deter
minantia ſunt ypoſtaſeon et non nature
etenim ypoſtaſes determinant. Itē eē
quidem itemporaliter et eternaliter di=
cimus diuinam verbi ypoſtaſim ſim=
plicem omnia habentem que habet pa
ter . ut eius homouſion . id eſt conſub=
ſtancialem̄ natiuitatis modo et habitu
dine a paternali ypoſtaſi differentem .
nunquā vero a paternali ypoſtaſi ſece=
dentem. Idem apertius exprimens per
ſonales ꝓpetates in eodem ait. differen
tiam ypoſtaſeon. i. perſonarum in trib⁹
ꝓprietatibus. i. paternali et filiali et pro
ceſſibili recognoſcimus. Inſeceſſibiles
autem ipas ypoſtaſes et indiſtabiles in
uicem/et vnitas quidem inconfuſibiliẗ
Tres enim ſunt et ſi vnite/diuiſas autē
indiſtanter . Etenim ſingula perfecta ē
ypoſtaſis ⁊ ꝓpam ꝓpetatem. ſ. exiſtentie
modum ꝓpum poſſidet / ſed vnite ſunt
ſubſtantia/et non diſtant neqꝫ ſecedūt
a paternali ypoſtaſi. Ecce hic habes di
ſtinctaſ tres illas ꝓpetates que ſupra di
uerſis ſignificate ſunt modis.

¶ Q₇ ſunt alia nomina perſonarū eaſdem
ꝓprietates notantia. ſ. genitus/genitor/
verbum/ymago.

HIc non eſt pretermittendum /
ꝙ ſicut pater et fili⁹ et ſpūſſan
ctus nomina perſonarum ſunt
et ꝓpetates perſonales deſignant. ita eē
ſunt et alia nomina perſonarum. id eſt
que ipas perſonas ſignificant et earum
ꝓpetates denotant . et eaſdem quas et
nomina predicta. Vnde et relatiue dicū
tur ſcꝫ genitor genitus/verbum/imago

¶ Unde auguſtinus in quinto libro de trinitate ait. Videndum eſt inquit hoc ſignificari cum dicitur genitus/ quod ſignificatur cum dicitur filius. Ideo enim filius quia genitus. et quia filius utiq̄ genitus. Sicut autem filius ad patrem ſic genitus ad genitorem refertur. et ſicut pater ad filium. ita genitor ad genitum. Idem in ſexto libro de trinitate. Verbum quidem ſolus filius accipitur non ſimul pater et filius tāquā ābo ſint unum verbum

¶ De nomine verbi et ymaginis.

Hic enim verbum dicitur quomodo imago. non autem pater & filius ſimul ambo imago/ ſed filius ſolus imago patris/ quemadmodum et filius. Id in ſeptimo libro de trinitate. Verbum ſecundum q̄ ſapientia eſt & eſſentia. hoc ē q̄ pater ſecundū q̄ verbum/ non hoc eſt quod pater. quia verbum non eſt pater. et verbum relatiue dicitur ſicut filius. Item in eodem.

¶ Q̄ non eo verbum dicitur quo ſapiētia

Sicut filius ad patrem refertur ita et verbum ad eum cuius eſt verbum refertur. cū dicitur verbum. Et ꝓpterea non eo verbum quo ſapientia dicitur. quia verbum non ad ſe dicitur/ ſed tantum relatiue dicitur ad eum cuius eſt verbum/ ſicut filiuſ ad patrem. eo quippe filius quo verbum. et idō eo verbum quo filius. Sapientia vero quo eſſentia. Et ideo quia pater et filiꝰ una eſſentia et una ſapientia. Itē in eodem. Nō ē pater ipe verbum/ ſicut nec filius nec imago. Quid autem abſurdiꝰ q̄ imaginem ad ſe dici. Idem in quinto/ dē relatiue filius/ relatiue etiam dicitur verbum et imago. et in omnibꝰ his vocabulis ad patrem refertur. Nichil autem horum pater dicitur.

¶ Breuiter ſummam colligit intelligentie predictorum.

Aperte oſtenſum eſt q̄ ſicut filius vel genitus relatiue dicitur ad patrem. ita verbum et imago. Et q̄ eo dicitur verbum ſiue imago quo filius. i. eadem proprietate ſiue notione dicitur verbum et imago qua filius/ ſed non eo quo verbum dicitur ſapientia vel eſſentia. quia non notōne qua dicitur verbum/ dicitur ſapientia. Nam ſapientia dicitur ſecundum eſſentiam. ſed non ſecundum relationem.

¶ Generalis regula eorum que ad ſe & eorum que relatiue dicuntur. quidquid ei ad ſe ſimul ambo dicuntur. ſed non ita in predictis relatiuis.

Et hic eſt aduertenda quedam generalis eorū que ad ſe & eorum que relatiue dicuntur de patre et filio. Quidquid enim ad ſe dicitur ut ait auguſtinus in ſexto libro de trinitate. Non dicitur alter ſine altero. i. q̄dq̄d dicuntur quod ſubſtantiam eorum oſtēdat. et ambo ſimul dicuntur. ergo nec pater eſt deus ſine filio. nec filius ſine patre. ſed ābo ſimul deus. ſed ñ ambo ſimul pater. nō ambo ſimul filiꝰ/ vel verbum vel imago.

¶ An ſecundum ſubſtantiam dicatur deꝰ de deo et huiuſmodi.

Hic queritur cum dicitur deus de deo/ lumen de lumine et huiuſmodi utrum dicantur ſecundum ſubſtantiam. Nam ſecundum relatiōnem conſtat iſta non dici. Si vero ſecundum ſubſtātiā dicuntur ſimul ambo. ſ. pater et filius/ poſſunt dici deus de deo. lumen de lumine ſecundum predictam regulam.

¶ Reſponſio vbi nomina ſubſtantie dicũ tur aliquando pro perſonis.

AD quod dicimus. quia licet de us ſecundũ ſubſtantiã dicatur et lumen et ſapientia et huiuſ= modi et nunquam relatiue accipiantur aliquando tamen pro relatiuis. id eſt ꝑ perſonis/ ſed nõ relatiue accipiuntur. ut cum dicitur deus genuit deum. alterũ pro patre/ alterum pro filio ponimus. Similiter cum dicitur deus de deo/ lu= men de lumine. In alijs quoqꝫ locutõi bus ſepe reperiuntur nomina eſſentie ad ſignificatõnem perſonarum deducta. vt cum dicitur deus natus. deus mortu us. deus paſſus/ vbi filius tantum ſigni ficatur. Ita et de ſolo filio intelligitur cum dicitur deus de deo et huiuſmodi. Vnde auguſtinus querenſ quomõ hui9 modi dicantur in ſeptimo libro de trini tate ait. Quomõ deus de deo/ lumen d lumine dicitur. Non enim ſimul ambo d us de deo. ſed ſolus filius de deo ſcili= cet patre. Nec ambo ſimul lumen de lu mine. ſed ſolus filius de lumine patre.

¶ Q tantum ſecundũ nomen ſubſtantie dicitur illud de illo/ non ſecundum noĩa perſonarum.

ET eſt ſciendum q ſecundũ no mina ſubſtantie tantum dicitur illud de illo. licet ibi illa nomi= na ſubſtantiam non ſignificent. Secun= dum vero eadem nomina perſonarum / nunquã dicitur illud d illo/ ſicut verbũ de verbo/ vel filius de filio. quia huiuſ= modi nomina diuerſis perſonis conue= nire non poſſunt. Quod auguſtinus li= cet obſcure in eodem libro ita dicit. h° ſolum de eis dici non poteſt. illud d il= lo quod ſimul ambo non ſunt. id eſt illo ſolo nomine non poſſumus vti ad oſten dendum vnum de vno quod ſimul am= bobus non conuenit/ ſicut verbum de verbo. Dici non poteſt/ quia non ſimul ambo verbum. nec imago de imagine. nec filius de filio. quia non ſimul ambo filius vel imago. Et ſicut nomĩa ſubſtã tie aliquando intelligentiam perſonarũ diſtincte faciunt. ita etiam interdum to tius trinitatis ſimul. Vnde auguſtinus in eodem libro ait. In patris nomine ipe pater per ſe pronunciatur. In dei vero nomine et ipe pater et filius et ſpũſſan= ctus. vt cum dicitur. Nemo bonus niſi ſolus deus. quia trinitas eſt vnus deus

¶ Q non tantum tres predicte ꝓpetates ſunt in perſonis ſed etiam alie que alijs ſignificantur nominibus vt ingenitus.

PReterea conſiderari oportꝫ. q non tãtũ tres predicte ꝓpetates ſiue notõnes in perſonis ſunt. verum eti am alie q̃ alijs notãtur nominibus. Nã etiam hoc nomen ingenitus relatiue dr de patre tantum/ et aliam deſignat no= tõnem q̃ pater vel genitor. Non eſt enĩ idem eẽ patrem/ et eẽ ingenitum. i. ñ ea notõne pater dicitur qua ingenitus. Pr enim ut predictum eſt dicitur ſecundũ ꝓpetatem generatõnis. Ingenitus aũt ſecundum ꝓpetatẽ innaſcibilitatis. Dif fert ergo pater a filio autoritate gene= ratõnis. differt etiam ꝓpetate innaſcibi litatis. id eſt quia ingenitus. Vnde au= guſtinus diſtinguens inter proprietatẽ qua pater dicitur/ et illã qua dicitur in= genitus in quinto libro de trinitate ſic ait. Non eſt hoc dicere ingenitum qđ ẽ patrem dicere. quia et ſi filium non ge= nuiſſet/ nichil prohiberet dicere eum in genitum. et ſi gignat quiſqꝫ filium/ non ex eo ipe eſt igenitus. quia geniti hoĩes gignunt alios. Non ergo ideo dicit pr̃/ quia ingenitus. Ideoqꝫ cum de deo pa tre vtrũqꝫ dicatur alia notio eſt qua in telligitur genitor. alia qua igenitus. ge nitor enim dicitur ad genitum. i. filium Cum vero ingenitus dicitur/ ñ quid ſit/ ſed quid non ſit oſtenditur. hoc exem= plis planum faciendum eſt.

Exemplis vtitur ad hoc oſtendendum.
Quod dicitur igenitus . hic oſtē
ditur q̄ non ſit filius ſed geni-
tus et ingenitus commode di-
cuntur/filius autem latine dicitur . Sʒ
vt dicatur infilius non admittit loquē-
di conſuetudo . nichil tamen intellectui
demitur . ſi dicatur non filius . quemad-
modum etiam ſi dicatur non genit9 . p̄
eo quod dicitur ingenitus/nichil aliud
dicitur . Ideo non eſt in rebus conſide-
randum quid vel ſinat vel non ſinat dici
vſus ſermonis noſtri . Sed quid rerum
ipſarum intellectus eluceat . Non ergo
iā tm̄ dicā9 igeitū/ſʒ eē n̄ genitū . qd̓ tn̄
valet . Nunquid ergo aliud dicimus q̄
non filium Negatiua porro particula n̄
id efficit . ut q̄ ſine illa relatiue dicitur .
eadeʒ prepoſita ſubſtantialiter dicatur .
ſed id tantuʒ negatur quod ſine illa aie
batur ſicut in alijs predicamentis . cum
dicimus homo eſt ſubſtantiaʒ deſigna-
mus . Qui ergo dicit non homo eſt/non
aliud genus predicamenti enunciat /ſed
tantum illud negat . Sicut ergo ſecun-
dum ſubſtantiam aio homo eſt . Sic ſe
cundū ſubſtantiam nego cū dico nō hō
eſt . At ſi tantum valet qd̓ dr̓ genitus .
quantum valet qd̓ dicitur filius . Tan-
tundem ergo valet q̄ dicitur non geni-
tus . quantum valet q̄ dicitur nō filius .
Relatiue autem negā9 dicēdo n̄ filius .
Relatiue autem negamus dicendo . nō
genitus . Ingenitus porro quid eſt niſi
non genitus . Non ergo receditur a rela
tiuo predicamento cum ingenitus dici-
tur . Sicut enim genitus non ad ſe dici-
tur / ſed q̄ ex genitore ſit . Ita cum
dicitur ingenitus/non ad ſe dicitur . ſed
q̄ ex genitore non ſit oſtenditur . Vtrū
q̄ʒ tamen relatiue dicitur . Quod auteʒ
relatiue pronunciatur/non indicat ſub-
ſtantiam . Quamuis ergo diuerſum ſit
genitus et ingenitus /tamen nō indicat
diuerſam ſubſtantiam . quia ſicut filius
ad patrem . et non filius ad non patrem
refertur . ita genitus ad genitorem . et n̄
genitus ad non genitorem referatur ne
ceſſe eſt . Ecce euidenter oſtendit q̄ in
genitus relatiue dicitur/ et de ſolo p̄re
accipitur . aliaq̄ʒ notio eſt qua dicitur i
genitus . alia qua pater . Neq̄ʒ tantuʒ va-
let cum dicitur ingenitus/quantum nō
genitus . vel non filius .

## An ſic ſol9 pat̄ dicitur ingenitus . dici d̄
## beat non genitus vel non filius

Ideo ſolet queri vtrum ſicut ſolus
pater dicitur ingenitus . ita ip̄e ſo
lus debeat dici non genitus /vel n̄
filius . vt nec etiam ſpūſſanctuſ poſ
ſit dici non filius vel non genitus .

## Opinio quorundam .

Quibuſdam videtur q̄ pater ſo
lus debeat dici n̄ genitus/vel n̄
filius . ſpūs vero ſanctus ſicut n̄
dicitur ingenitus . ita inquiunt non ē di-
cendus non genitus vel non filius . debʒ
quidem dici et credi ſpūſſanctus non eē
genitus . vel non eē filius . ſed non debet
dici eſſe non genitus/vel non filius .

## Aliorum opinio .

Alijs autem videtur/q̄ cum ſpi-
rituſſanctus non poſſit dici in-
geitus/poteſt tamen dici n̄ ge-
nitus vel non filius . Q̄ autem auguſti-
nus ſupra ait . tantum valere cum dicit̄
ingeitus/ quantum cum dicitur non ge
nitus/vel non filius/ethimologiam no-
minis oſtendendo euʒ hoc dixiſſe dicūt
non ratione predicationis .

## Que ſit proprietas ſecundum quam di
## citur pater ingeitus .

Si autem vis ſcire que ſit ꝓprie-
tas / ſecundum quam dicitur
pater ingeitus . audi hilariū ip-
ſam vocantem innaſcibilitatem . in quar
to li . d̄ tri . ita aientē . Eſt vn9 ab vno . ſ .

ab ingenito genitus ꝓpetate videlicet in
vnoquoqꝫ et originis et innaſcibilitatis
Significata ergo in ſcripturis pſonarū
intelligentia et diſtinctō inaſcibilitatis
natiuitatiſqꝫ ſenſu ſolitarius deus non
eſt opinandus. Diſcretio ergo vel diſti
ctio perſonarum in ſcripturis poſita eſt
in nullo autem nature diſtinctio.

¶ Arriani nitebantur probare alteriuſ ſub
ſtantie patrem. alterius filium quia ille ĩ
genitus. ille genitus. quibus reſpondēſ
ambroſiuſ dixit ſe hoc nomen in ſcriptu
ris non legiſſe diuis.

Illud etiam taceri non oportet/ ꝙ
arriani ex eo probare nitebantur/
alterius ſubſtantie eē patrem. al=
teriꝰ filiū. qꝛ ille igenitꝰ ⁊ iſte gen
tꝰ dr. cū diuerſū ſit eē igenitū. ⁊ eē genitū
Vnde ambroſiuſ eorum queſtioni reſpō
dens dicit ſe ĩ diuinis ſcripturis hoc no
men ſcꝫ ingenitus non legiſſe. ita inqui=
ens in quarto libro de ſpūſancto. Cum
dudum audierint quidam dicentibꝰ no
bis filium dei qui generatus eſt patri ꝙ
generauit/ inequalem eē non poſſe. quā
uis ille generatus ſit. iſte generauit. qꝛ
generatio eſt nature. aduerſus quidem
illam queſtionem vocem ſibi arbitranť
acclusam. ſed in tergiuerſatōne damna
bili in eodem loco veſtigiū vertunt. vt
putent mutatōnem fieri queſtionis/ mu
tatōne ſermonis dicentes. quomō poſ=
ſunt eē ingenitus et genitus vnius natē
atqꝫ ſubſtantie. ergo vt reſpondeāt mi
chi ꝓpoſite queſtioni primo omnium vi
dimus ſcripturis/ ingenitus nuſꝗ̄ inue=
nio/ non legi/ non audiui. Cuiꝰ ergo mu
tabilitatis ſunt homines huiuſmodi. vt
nos dicāt ea vſurpare que non ſunt ſcri
pta. cum ea que ſunt ſcripta. dicāꝰ ⁊ ipi
obiiciant quod ſcriptum non ſit. Nōne
ipi ſibi aduerſantur. et autoritatem ca=
lumnie ſue derogāt. Attēde lector qm̄
hoc nomine ingenitus nolebat vti am=
broſius propter hereticos. Ita et nos

ſubticere quedam oportet/ propter
calumniantium inſidias que catholicis
ac piis lectoribus ſecure credi poſſunt.
Sunt etenim quedā que ñ tante ſunt re
ligionis et autoritatis vt eis nos opor=
teat ſemper confitendo ac recipiendo ĩ
ſeruire. verum ſilentio preteriri queunt.
Alioquin nec illius tñ ſunt peruerſitatis
quin cum oportunum fuerit eis vti/ libe
rum habeamus.

¶ An diuerſum ſit eſſe patrem et eē filiū.

Preterea queri ſolet cum ſupra
dictum ſit/ quia aliud eſt dice=
re igenitum. aliud patrem. Et
ꝙ diuerſum ſit genitus et igenitꝰ. vtrū
ſimiliť diuerſum ſit eē patrem. et eē fili
um. an idem.

¶ Reſponſio vbi dicit eē diuerſum eē pa=
trem/ et eſſe filium/ ſed non patrem eſſe
et filium eſſe.

Ad quod dicimus quia et eodē
ſenſu quo dicitur diuerſum ge
tus et ingenitus. et quo dicit
non eē idem dicere genitum et ingeni=
tum. Poteſt dici non eē idem/ ſed diuer
ſum eē prēm et eē filium/ vel eē ſpm̄ſan=
ctum. quia non ea notōne pater eſt pať
qua filius eſt filius. vel qua ſpūſſanctus
eſt ſpūſſanctus. Ideoqꝫ ex hoc ſenſu cō
cedimus/ ꝙ aliud eſt eē patrem/ et ali=
ud eſt eē filium. quia alia notio eſt qua
pater eſt. alia qua filius eſt filius. Sed
ſi tranſponas vt dicas aliud eſt patrē
eē/ aliud filium eē/ variatur itelligentia
⁊ ideo non conceditur. Eſt enim ſenſus
talis ac ſi dicatur. aliud eſt quo pater ē
non quidem pater/ ſed eſt aliud quo fi
lius eſt. non quidem filius. ſed eſt quod
penitus falſum eſt. Eo enī pater eſt qᵒ
pater deus eſt. id eſt per eſſentiā vel na
turam. Nec filius eo deus eſt quo pater
eſt deꝰ. Eo ergo filius eſt quo pater eſt
Et ita idem eſt patrem eſſe/ et filium

eē·ſed non eſt idem eē patrem et eē fili
um·Unde auguſtinus in quinto libro đ
trinitate ait·Quamuis diuerſum ſit eē
patrem et eē filium/non eſt tamē diuer
ſa ſubſtantia · quia non hoc ſecundum
ſubſtantiam dicitur/ſed ſecundum rela
tiuum quod tamen relatiuum non eſt ac
cidens·quia non eſt mutabile·Ecce di=
uerſū eē·d· eſſe patrem et eſſe filiuꝫ/qđ
iuxta rōnem predictam accipi oportet·
quia·ſ·alia notio eſt qua eſt pater · alia
qua eſt filius· Non enim ſecunduꝫ eſſen
tiam pater dicitur pater·vel filius filiuſ
ſed ſecundum relatōnem·

¶ Quomodo dicatur ſapientia genita
vel nata/an ſecundum relationem an ſe
cundum ſubſtantiam·

Sciendum quoqꝫ eſt/ꝙ ſicut ſo
lus filius dicitur verbū vel ima
go·ita etiam ip̄e ſolus dicit̄ ſa=
pientia nata vel genita · Et ideo querit̄
vtrum hoc relatiue dicatur·et ſi relati=
ue dicitur·an ſecundum eandem relatōꝫ
qua dicitur verbum et imago· De hoc
auguſtinus in ſeptimo libro de trinita=
te ita ait· Id dici accipiamus cum dici
tur verbum·ac ſi dicatur nata ſapiētia
vt ſit filius et imago· Et hec duo cum
dicuntur·i·nata ſapientia in vno eorum
eo ꝙ eſt nata ⁊ verbum et imago et fili
us intelligatur·Et in his omnibus noī=
bus nō oſtendatur eſſentia/quia relati=
ue dicuntur·At in altero quod eſt ſapi
entia etiā eſſentia demonſtretur·qm̄ et
ad ſe dicitur·ſeip̄a enim ſapiens eſt·Et
hoc eſt eius eſſe quod ſapere·Unde pr̄
et fili9 ſimul vna ſapiētia/qꝛ vna eēntia

¶ Qualiter intelligenda ſunt p̄miſſa v̄ba

Uide lector qualiter hoc intelli
gas quod hic dicit auguſtinus
Uidetur enim dicere/ꝙ cuꝫ dr̄
nata ſapientia ibi ſapientia eſſentiam ſi
gnificet/et nata relatōnem notet · Qđ
ſi ita eſt cogimur dicere eſſentiam diui
nam eē natam quod ſuperioribus repu
gnat · Sed ad hoc dicimus ꝙ in alte=
ro·id eſt in eo ꝙ nata eſt eadem notio
intelligatur/que notatur cum dicitur
verbum et imago·In altero vero·ſ·ſa
pientia demonſtratur eſſentia·id eſt de
monſtratur ꝙ filius ſit eſſentia ·quia ſa
pientia ſecundum eſſentiam dicitur·Et
ideo cum dicitur nata ſapientia intelli=
gatur ꝙ ip̄e qui natus eſt eſſentia eſt·
ibi tamen ſapientia non pro eēntia / ſed
pro ypoſtaſi facit·vt ſicut quando dici
tur verbum vel filius/intelligitur ypo=
ſtaſis cum ſua ꝓpetate · Ita cum dicit̄
nata ſapientia idem intelligitur·i·geni=
ta ypoſtaſis· Ideo vigilanter ait idem
eē intelligendum cum dicitur verbum·
Et cum dicitur nata ſapientia·id eſt ea
dem relatio eademqꝫ ypoſtaſis cui ieſt
illa ꝓpetas · Et ex hoc adiuuatur illud
quod ſuperius diximus ·ſcꝫ ꝙ cum dici
tur pater vel filius vel ſpūſſanctus·non
tamen ille ꝓpetates ſignificantur·vt cuꝫ
dicitur paternitas filiatō/ſed etiā ypo
ſtaſes cum ſuis ꝓpetatibus·

¶ Qꝛ imago aliqñ dr̄ ſecundū eſſentiam·

Illud etiam ſciri oportet quia cum
ſupra dictum ſit imaginem relatiue
dici de filio ſicut verbum vel fili9
interdum tamen reperitur ſecunduꝫ ſub
ſtantiam dici· Unde auguſtinus in li·đ
fide ad petrum dicit·ꝙ vna eſt ſancte t̄
rinitatis eēntialiter diuinitas et imago/
ad quam factus eſt homo·Hilarius eti
am in quinto libro de trinitate ſic ait·
Homo fit ad communem imaginē·No
men ñ diſcrepat/natura ñ differt · Una
eſt enim ad quam homo creatus eſt ſpe
cies ·Ex his verbis oſtēditur ꝙ imago
aliquando eſſentiam facit·et tunc ad ſe
dicitur et non relatiue

¶ De p̄cipio qđ relatiue dicit̄ ⁊ multipl̄r
notat̄ relatōnem · Uiceſima Nona

Eſt preterea aliud nomen multiplicem notans relatõnem .ſ. prĩcipium. Dicitur enim principiũ ſemper ad aliquid/ et dicitur pater principium/ et filius principium et ſpũſſanctus principium/ ſed differenter. Nam pater dicitur principium ad filiuꝫ ⁊ ad ſpm̃ſanctum. Unde auguſtinus in quarto libro de trinitate ait. Pater eſt prĩcipium toti⁹ diuinitatis/ vel ſi melius dicitur deitatis/ quia ipe eſt a nullo. Nõ enim habet de quo ſit/ vel de quo pcedat ſed ab eo et filius ẽ genitus/ et ſpirituſſanctus procedit. Non ergo dicit̃ principium totius deitatis quod vel ſui vel diuine eſſentie principium ſit/ ſed qꝛ principium eſt filij et ſpũſſancti/ ĩ quib⁹ ſingulis tota diuinitas eſt filius ad ſ.ſ.

¶ Quomodo filius et ad quid dicat̃ principium et ſpũſſanctus et etiaꝫ trinitas.

Spiritus vero ſanctus non dicit̃ principiuꝫ niſi ad creaturas ad quas pater etiam dicitur principium et filius/ et trinitas ipa ſimul. et ſingula perſonarum principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium ẽ ſine principio. Filius principium de principio. ſpũſſanctus principium de vtroqꝫ id eſt de patre et filio.

¶ Qꝫ ab eterno pater eſt principium et filius. ſed ſpirituſſanctus non/ imo cepit eſſe principium.

Et pater ab eterno principium ẽ filij/ et pater et filius principiũ ſpũſſancti. quia filius eſt a p̃re. et ſpũſſanct⁹ ab vtroqꝫ. Spũs vero ſanctus non ab eterno principium eſt/ ſed eſſe cepit. quia non dicitur principium niſi ad creaturas. Cuꝫ ergo creature eẽ ceperunt/ et ſpũſſanctus eẽ cepit principium earum. ita etiam pater et filius eẽ cepit. Cum ſpũſancto vnum principium creaturarum. quia creature eẽ ceperũt a patre et filio et ſpũſancto. et dicuntur hij tres non tria/ ſed vnum principium omnium creaturarum. quia vno eodem qꝫ modo principium reruꝫ ſunt. Non eī aliter ſunt res a patre/ et aliter a filio. ſed penitus eodeꝫ modo. Ideo apoſtolus intelligens hanc trinitatem eẽ vnuꝫ principium rerum ait. ex ipo/ per ipſum et in ipo ſunt omnia

¶ Quomõ accipiẽdũ ſit omnia eẽ ex deo

Cum vero audiuimus omnia eẽ a deo vt ait auguſtinus de natura boni. omnes vtiqꝫ naturas intelligere debẽ⁹ et omnia q̃ naturalia ſunt. Non enim ex ipo ſunt peccata que naturam non ſeruant ſed vitiant/ que ex voluntate peccantium naſcuntur.

¶ Qꝫ pater ab eterno principium filij. et pater et filius ſpũſſancti.

Omnium ergo que naturalit̃ ſũt vnum principium eſt pater cuꝫ filio et ſpũſancto. et hoc eẽ cepit. ab eterno autem pater principium eſt filij generatõne. et pater et fili⁹ vnũ principium ſpũſſancti. Unde auguſtin⁹ in quinto libro de trinitate ita ait. Dicitur relatiue pater/ itemqꝫ relatiue dicit̃ principiuꝫ. Sed pater ad filium dicitur principium vero ad omnia/ que ab ipſo ſunt. et principium dicitur filius. Cum enim diceretur ei tu quis es? reſponderet principium qui et loquor vobis. Sꝫ nunquit patris principium? immo creatorem ſe voluit oſtendere cum ſe dixit eẽ principium/ ſicut et pater principium eſt creature quia ab ipo ſunt omnia.

¶ Hic adiungit de ſpũſancto qꝫ ipſe principium ſit.

Cum vero dicimus et patrẽ principium/ et filium principium nõ duo principia creature dicimus

quia pater ⁊ filius ſimul ad creaturam
vnum principium ē· ſicut vnus creator·
Si autem quicquid i ſe manet ⁊ gignit
vel operatur aliquid principium eſt eiꝰ
rei quam gignit vel eius quam operatꝰ
non poſſumus negare etiam ſpm̄ſanctū
recte dici principium · quia non eum ſe
paramus ab appellatōne creatoris· q̄a
ſcriptum eſt de illo q͞ operetur/et vti ⸗
q̄ȝ in ſe manens operatur · Non enim in
aliquid eorum que operatur/ip̄e mutatꝰ
et vertitur· Vnum ergo principium ad
creaturam cum patre et filio eſt ſpiritꝰ
ſanctus non duo vel tria principia· Ecce
aperte oſtendit auguſtinus patrem ⁊ fi
lium et ſpm̄ſanctum eē vnum principiuȝ
rerum creatarum · id eſt vno eodemq̄ȝ
modo eē principium· et illum modū ſa⸗
tis aperuit· quia· ſ· operantur omnia· et
quia ſimiliter operantur hij tres · ideo
vnum principium eē dicuntur·

¶ Oſtendit quomodo pater ſit principiū
filij/et ip̄e et filiꝰ principium ſpūſſancti ·

Deinde i eodem libro continue
oſtendit quomodo pater dica
tur principium ad filium/et ad
ſpm̄ſanctum ip̄e et filius dicens· ideo eē
patrem principium filij/quia genuit eū·
et patrem et filium eē principium ſpūs
ſancti· quia ſpūſſanctus procedit vel da
tur ab vtroq̄ȝ · Ait enim ita · Si gignēs
ad id quod gignit principium eſt pater
ad filium principiuȝ eſt· quia genuit eū
Vtrum autem et ad ſpm̄ſanctū principi
um ſit pater · quia dictum eſt de patre
procedit/non parua queſtio eſt· Quod
ſi ita eſt non iam principium ei tantum
erit rei quam gignit vel facit · ſed et ei
quam dat/et que procedit ab ip̄o · Si
gͦ quod datur vel qd̄ procedit principi
um habet a quo datur vel procedit· Fa
tendum eſt patrem vel filium principiuȝ
eſſe ſpūſſancti· non duo principia· ſed ſic̄
pater et filius ad creaturā relatiue vnꝰ
creator et vnus dominus dicitur· ſic re
latiue ad ſpm̄ſanctum vnum principium
Ad creaturam vero pater et filiꝰ et ſpi
rituſſanctus vnum principium ſicut vnꝰ
creator et vnus dominus · Ecce habes
q͞ pater principiuȝ filij dicitur/ quia ge
nuit eum· Qua ergo notōe eſt pater ea
principium filij dicitur· i· generatōne ſe
cundum quam etiam dicitur auctor filij
Vnde hilarius in quarto libro de trini⸗
tate ita ait· Ip̄o quo pater dicitur eius
quem genuit auctor oſtenditur· id nom̄
habens· quod neq̄ȝ ex alio profectum in
telligatur· ⁊ ex quo is qui genitus ē ſub
ſtitiſſe doceatur · Nouit eccleſiā vnum
inaſcibilem deū · Nouit vnigenitum dei
filium· confitetꝰ patrem ab origine liber
um· confitetur ⁊ filij originem ab initio
non ip̄m ab initio/ſed ab initiabili n̄· p
ſe ip̄m/ſed ab eo qui a nemine eſt natuȝ
ab eterno/natiuitatem· ſ· ex paterna et⸗
nitate ſumentem· Edita eſt hic fidei p⸗
feſſio· ſed pfeſſionis ratio nondum ex⸗
poſita eſt· et ideo querenda eſt ſcȝ quō
intelligendum ſit q͞ ait filij originem eſ
ſe ab initio/et non ip̄m eē ab initio· ſed
ab initiabili· hoc vtiq̄ȝ ſubdens deter⸗
minauit quomodo acceperit· initium in
quiens originem filij eē ab initio · Ac ſi
diceret. Non ita intelligas originem fi
lij eē ab initio quaſi ip̄e filiuſ habeat ini
tium/ſed quia ip̄e eſt ab initiabili· id eſt
a patre a quo ſunt omnia· Nam licet fi
lius ſit principium de principio/non eſt
tamen concedendū q͞ filius habeat prin⸗
cipium· cum et filius ſit principiū de prī
cipio· et pater principium non de princi
pio. Non eſt principium de principio ·
principium ſine principio · ſicut filius n̄
eſt pater/neq̄ȝ tamen duo principia/ ſȝ
vnum /ſic pater et filius non duo crea⸗
tores· ſed vnus creator·

¶ Cum pater et filius ſint vnū principiuȝ
ſpūſſancti/queritur an eadem notōne ·

VNum autem principium ſunt/ pater et filius/non tantũ creaturarum vt dictum eſt ſupra/ſz etiam ſpũſſancti. Ideo queri ſolet vtrũ eadem notõne pater ſit principium ſpiritusſancti ⁊ filius. an ſit alia notio qua pater dicatur principium ſpũſſancti / et alia qua filius.

¶ Reſponſio.

AD quod dicimus cum pater dicatur principium ſpũſſancti et filius. quia ſpũſſanctus procedit vel datur ab vtroqz. nec aliter procedit vel datur a patre q̃ a filio. Sane intelligi poteſt patrem et filium eadez relatõne vel notõne principium dici ſ. ſ.

¶ Queritur que ſit notio qua pater et filius dr̃ principium ſpũſſancti.

SI vero queritur que ſit illa notio quã ibi notat principiuz /nomen eius non habemus. ſed nõ eſt ipa paternitas vel filiatio/immo notio quedam que patris eſt et filij. quia ab eterno pater et filius vnum principium ſunt ſpũſſancti. Donator autem vt predictum eſt dicitur pater vel filius ex tempore / ſicut ſpũſſanctus datum vel donatum.

¶ De his que temporaliter de deo dicuntur. et relatiue ſcd̃m accidẽs qd̃ nõ deo ſed creaturis accidit. 3°

SVnt enim quedam que ex tempore de deo dicuntur/eiqz temporaliter cõueniunt ſine ſui mutatõne. et relatiue dicuntur ſecundum accidens. non quod accidit deo/ſed qd̃ accidit creaturis. vt creator. dñs. refugium datum vel donatum et huiõi. De his auguſtinus in quinto libro de trinitate ait. Creator relatiue dicit̃ ad creaturam ſicut dominus ad ſeruum. Item non moueat q̃ ſpũſſanctus cum ſit coeternus patri et filio. dicitur tamen aliquid ex tempore/ veluti hoc ipm quod donatum diximus. Nam ſempiterne ſpiritus eſt donum. temporaliter autẽ donatũ. Et ſi dominus non dicitur niſi cũ habere incipit ſeruum. etiam iſta appellatio relatiua ex tempore eſt deo. Non enim ſempiterna creatura eſt cuius ille dominus eſt. ergo dominum eẽ ñ ſempiternum habet. ne cogamur etiam creaturam ſempiternã dicere. Quia ille ſempiterne non dominaretur. niſi etiaz iſta ſempiterne famularetur. Sicut autem ñ poteſt eẽ ſeruus qui non habet dominũ ſic nec dñs qui non habet ſeruum

¶ Oppoſitio q̃ non ex tempore ſit domi9 quia eſt dominus temporis/ quod non eſt ex tempore

SEd hic aliquis dicet /q̃ non ex tempore conuenit deo hec appellatio qua dicitur dominus. quia non eſt tantum dominus rerum q̃ ex tempore ceperũt. ſed etiam illius rei que non cepit ex tempore. id eſt ipi9 temporis quod non cepit in tempore. quia non erat ante tempus q̃ inciperet. Et ideo non cepit eſſe dominus ex tempe.

¶ Reſponſio

AD quod dici poteſt. quia licet non ceperit ex tempore eẽ dñs temporis. cepit tamen eſſe dominus temporis. quia non ſemper fuit tempus/⁊ ipius hominis ex tempore cepit eſſe dominus. De hoc auguſtinus in eodem libro continue ita ait. Quiſquis extiterit qui eternum deuz ſolum dicat. tempora vero non eẽ eterna ꝓpter varietatem et mutabilitatem. ſed tamẽ tempora non in tempore eẽ cepiſſe. quia nõ erat tempus antequam tempora inciperent. et ideo non in tempore acciderit deo vt dominus eſſet. quia ipoꝝ tpm

dominus erat/que vtiqꝫ non in tempore eſſe ceperunt·quid reſpondebit de homine qui in tempore factuſ eſt· Cuiꝰ ita qꝫ dominus non erat antequam eſſet? Certe vt dominus hominis eſſet ex tempore accidit deo·et ut omnis cōtrauerſia certe ut tuus dominus eſſet vel meꝰ qui modo eē cepimus (ex tpe habuit)

¶ Quomodo intelligendum ſit nichil dici de deo ſecundum accidens et q̄ ſunt accidentia relatiua·

Quomodo obtinebimus nichil ſecundum accidens dici deum· niſi quia ipſius nature nichil accidit quo mutetur ut ea ſint accidentia relatiua que commutatione aliqua rerū de quibus dicuntur accidunt ſicut amicus relatiue dicitur· Non enim amicus eſſe incipit niſi cuꝫ amare ceperit·ſit ergo aliqua mutatio volūtatiſ ut amicus dicatur· Numuſ vero cum dicitur preciuꝫ relatiue dicitur·nec tamen mutatus eſt cum eſſe ceperit precium·nec cum dicitꝰ pignus et huiōi/cum per eius gratiam regeneramur·qui dedit nobis poteſtatem filios dei fieri. Subſtantia ergo noſtra mutatur in melius cum filij eius efficimur. Simul et ille pater nr̄ eē icipit·

¶ Per ſimilitudinem oſtendit ꝙ poteſt deus dici quod ante non dicebatur ſine ſui mutatōe ut numus dr̄ precium

Si ergo numus poteſt nulla ſui mutatōne totiens dici relatiue vt neqꝫ cuꝫ incepit dici·neqꝫ cū deſinit aliquid in eius natura vel forma qua numus eſt mutatōnis fiat · quanto facilius de illa incommutabili dei ſubſtantia debemus accipere/ ꝙ ita dicatꝰ relatiue aliquid ad creaturam·vt quāuis temporaliter incipiat dici· non tam̄ ipi ſubſtantie dei accidiſſe aliquid intelligatur ſed illi creature ad quaꝫ dicitur

¶ Qꝫ deus dicitur refugium relatiue· et ex tempore ſine ſui mutatōne·

Qualiter etiam refugium noſtrū dicitur . Refugium enim noſtrum dicitꝰ deus relatiue · ad nos enim refertur·et tunc refugium noſtrum fit cum ad eum refugimus· Nunquid tunc fit aliquid in eius natura/qđ antequam refugeremus ad eum n̄ erat· In nobis ergo fit aliqua mutatio qui ad eum refugiendo efficimur meliores In illo autem nulla· Sic et pater noſter eē incipit/cum per eius gratiam regeneramur·qui dedit nobis poteſtatem filios dei fieri· Subſtantia ergo noſtra mutatur in melius cum filij eius efficimur · Similiter et ille pater noſter eē cepit· ſed nulla ſue commutatōne ſubſtantie · Qꝫ ergo temporaliter dici incipit deꝰ · quod antea non dicebatur/manifeſtum eſt relatiue dici · non̄ tamen ſecundum accidens dei ꝙ aliquid ei acciderit/ ſed plane ſecundum accidēs eius·ad quod dici aliquid deus incipit relatiue·

¶ Summatim predictorum intelligentiaꝫ perſtringit·

Ex his aperte oſtenditur ꝙ quedam de deo temporaliter dicūtur relatiue ad creaturas ſine mutatōne deitatis/ſed non ſine mutatōne creature·et ita accidens eſt in creatura non in creatore·et appellatio qua creatura dicitur relatiue ad creatorem relatiua eſt·et relatōnem notat que eſt in ipa creatura · Appellatio vero illa q̄ creator relatiue dicitur ad creaturam · relatiue quidem eſt · ſed nullam notat relatōnem que ſit in creatore·

¶ Hic ſoluitur queſtio qua querebatur vtrum ſpūſſanctus dicatur datum relatiue ad ſe cum ipſe det ſe·

HIc poteſt ſolui queſtio ſuperi⁹ ꝓpoſita vbi querebatur cū ſpūs ſanctus datum dicatur vel donatum. Q̄ autē datum refertur ad eū qui dat et ad illum cui datur. ⁊ ſpūſſanctus det ſeipſum/ vtrum ad ſeipm relatiue dicatur cum dicitur dari vel donari.

¶ Solutio.

QVi queſtioni reſpondentes dicim⁹ ſpmſanctū dici datū vel donatum relatiue et ad dantem et ad illum cui datur. Danſ autem ſiue donator eſt pater cum filio et ſpūſancto. Nec tamen dicimus ſpmſanctū referri ad ſe. Sed appellatio dati vel donati refertur ad dantem et ad recipientem. q̄ non poteſt aliquid dici datū niſi ab aliquo et alicui detur. Cum autē ſpūſſanctus dari a ſe vel datus a ſe dicitur/ relatiue quidem dicitur ad illum cui datur et eſt appellatio relatiua. et in illa cui datur mutatio fit non in dante

¶ Quomodo dicatur filius equalis patri an ſecundum ſubſtanciam an ſecundum relatōnem/ ita et ſimilis.

Tricesima prima distinctio

31 PReterea cōſiderari oportet cū tres perſone coeq̄les ſibi ſint vtrum relatiue hoc dicatur. an ſecundum ſubſtantiā. et ſi relatiue vtrū ſecundum relatōnem. an ſecundū eſſentiam conſideranda ſit equalitas. Deīn de quid ſit ipa equalitaſ. Ad quod dicimus quia ſicut ſimile nichil ſibi ē. ſimilitudo enim ut ait hilarius ſibi ipi nō ē. ita et equale aliquid ſibi non dicitur. ac ꝑ hᵒ ſicut ſimile. ita ⁊ eq̄le relatiē dicit. Dicitur ergo relatiue filius equalis patri. ⁊ vtriq; ſpirituſſanctus eſt tamen equalis patri filius et vtriq; ſpirituſſanct⁹ ꝓpter ſūmā ſimplicitatē eēntie/ et eq̄litatē. Eq̄lis eſt gᵒ fili⁹ pri ſcōz ſubſtātiam non ſecundum relatōnē. Vnde auguſtinuſ in quinto libro de trinitate ait Querimus ſecundum quid equalis ſit patri fili⁹. non ſecundum hoc q̄ ad patrem dicitur filius equalis eſt patri. Reſtat ergo ut ſecundum id equalis ſit/ q̄ ad ſe dicitur. Quidquid autem ad ſe dicitur. ſecundum ſubſtantiam dicitur. Reſtat ergo vt ſecundum ſubſtantiam ſit equalis. Eadem ergo ē vtriuſq; ſubſtantia. Item in ſexto libro. Satis ē videre nullo modo filium equalem eē pri. ſi in aliquo. ſ. qd pertineat ad ſignificādam eius ſubſtantiam inequalis inueniatur. In omibus ergo equalis eſt patri filius/ et eſt eiuſdem ſubſtātie. Equalis eſt ſpūſſanctus. et in omnibus equalis ꝓpter ſummam ſimplicitatem illius ſubſtantie. Ex his perſpicuum fit/ q̄ ſecundum ſubſtantiam filius eſt equalis pri. et vtriq; ſpūſſanctus. ⁊ appellatō tantū relatiua eſt

¶ Quid ſit equalitas.

EQualitas ergo patris et filij non ē relatio vel notio/ ſed nature vnitas et idemptitas

¶ Hic quomodo dicitur ſimilis. et quid ſimilitudo.

HOc idem etiā dicimuſ de ſimili et ſimilitudine. Cum enim dicitur filius ſimilis patri. relatiue quidem dicitur. Sed ſimilis eſt patri ꝓpter vnitatem eſſentie. Eſt ergo appellatio tantum relatiua. Similitudo vero eſt indifferens eſſentia

¶ Quibuſdam videtur q̄ nomine equalitatis vel ſimilitudinis non ponitur aliquid ſed remouetur

QVibuſdam tamen videtur noie equalitatis vel ſimilitudinis nō aliquid poni/ ſed remoueri vt ea ratōne dicatur filius equaliſ patri. q̄ nec maior eſt eo nec minor. et hoc ꝓpter vnitatem eſſentie. Ita et ſimilis dicitur

q̄a nec diuerſus·nec alienus ·nec ī aliq̄
diſſimilis·Et hoc propter eſſentie ſim=
plicitatem·Non ergo ſecunduꝫ q̄ filiuſ
eſt genitus a patre equalis vel iequalis ē
patri·nec ſimilis vel diſſimilis/ſꝫ equa=
lis et ſimilis ſcd̄m ſubſtantiā·

¶De ſententia ſancti hilarij qua in trini=
tate perſonarum ꝓp̄a oſtendit·

NOn eſt hic pretereunduꝫ quod
vir illuſtris hilarius ꝓpetates ꝑ
ſonarum aſſignans dicit in pa=
tre eē eternitatem/ſpeciem in imagine/
vſum in munere que tante difficultatis
ſunt verba·vt in eorum intelligentia ac
qꝫ explanatōne vehementer laboraue=
rit auguſtinus·vt ip̄e oſtendit in ſexto
libro de trinitate ita dicēs·Quidam cū
vellet breuiſſime ſingularum in trinita
te perſonarum inſinuare ꝓp̄a·Eternitas
eſt inquit in patre·ſpecies in imagine·
vſus in munere·

¶Ex quo ſenſu intelligenda ſint verba hi
larij hic docet auguſtinus et prius qua
re patri eternitas tribuatur·

ET quia non mediocris autorita
tis in tractatōne ſcripturarum
et aſſertōne fidei vir extitit·Hi
larius enim in libris ſuis poſuit horū ver
borum·id eſt patris et imaginis et mu=
neris·eternitatis ſpeciei et vſus abditā
ſcrutatus intelligentiam quantum va=
leo non eum ſecutum arbitror in eterni=
tatis vocabulo niſi q̄ pater non habet
patrem de quo ſit·filius autem de pa=
tre eſt ut ſit/atqꝫ vt illi coeternus ſit·
Imago eniꝫ ſi perfecte implet illud cu
ius imago eſt ip̄a coequatur ei·non illō
imagini ſue·in qua imagine ſpeciem no=
minauit·Credo ꝓpter pulcritudinē vbi
tanta eſt congruentia et prima equali=
tas et prima ſimilitudo nulla in re diſſi
dens·et nullo modo inequalis·et nulla
ex parte diſſimilis/ſed ad idemptitatē

reſpondentes ei·cuius imago eſt vbi eſt
prima et ſumma vita·cui non eſt aliud
viuere et aliud eē·ſed idem et prim9 ac
ſummus intellectus cui non eſt aliud vi
uere et aliud intelligere·ſed idem hoc ē
vnum tanquam verbum perfectum·cui
non deſit aliquid et ars quedam omni=
potentis et ſapientis dei·plena omniuꝫ
ratōnum viuentium et incōmutabilium
et omnes vnum in ea·ſicut ip̄a vnum d̄
vno/cum quo vnum·ibi nouit omnia de
us que fecit per ip̄am·

¶Hic de ſpūſancto quare vſus dicatur·

EſT autem ineffabiliſ quidam cō
plexus patris et imaginis qui n̄
eſt ſine perfruitōne·ſine carita
te ſine gaudio·Illa ergo dilectio dele=
ctatio felicitas vel beatitudo·ſi tamen
aliqua humana voce digne dicitur vſ9
ab illo appllata eſt breuiter·et eſt in tri
nitate ſpūſſanctus·non genitus ſꝫ geni
toris genitiqꝫ ſuauitas ingeniti largita
te atqꝫ vbertate perfundens oīs crea
turas pro captu earum·itaqꝫ illa tria ⁊
a ſe inuicem determinari videntur et in
ſe īfinita ſunt·Qui videt hoc vel ex p̄te
vel ꝑ ſpeculū ⁊ in enigīte·gaudeat cogno
ſcens deum et gratias agat·Qui vero
non videt/tendat per pietateꝫ ad vidē=
dum·non per cecitatem calumniānduꝫ
quamuis eſt deus/ſꝫ tamen trinitas·Ec
ce habes qualiter verba hilarij premiſ=
ſa accipienda ſint·licet tante ſint profū
ditatis ut etiam adhibita expoſitōe vix
aliquatenus ea intelligere ualeat huma
nus ſenſus·cum et ip̄a eorum explanatō
quam hic augnſtinus edidit/plurimum
in ſe habeat difficultatis ⁊ ābiguitatis

¶Q̄ ſecundum hanc expoſitōnē non di=
ſtinguuntur ibi ꝓpetates perſonaꝝ tres

NOn enim ſecundum premiſſam
expoſitōneꝫ diſtinguuntur hic
tres ille proprietates ſuperius

aſſignate· ſed ipē ypoſtaſes diſtīcte ab
inuicem monſtrantur ·Eternitatis tam
nomine eadem videtur deſignata ꝓprie
tas/ quam notat hoc nomen ingenitus·
Sed videamus quid ſit qꝫ ait· Imago
ſi perfecte implet cuius imago eſt ipſa
coequatur ei/ nō illud imagini ſue

¶ Hilarius in libro de ſinodis ·

Omnis imago eius ad quaꝫ ima
ginatur ſpecies indifferens eſt·
Neqꝫ enim ipē ſibi quiſquā ima
go ē· ſed eū cꝰ imago eſt ncēe ē ut ima
go demonſtret· Imago ergo eſt rei ad
rem coequandam et imaginata et indi
ſcreta ſimilitudo· Eſt ergo pater/ eſt et
filius· Et quia imago eſt patris filius · ⁊
quia imago eſt ut rei imago ſic ſpēm ne
ceſſe eſt et naturam et eſſentiam ſcdūm
qꝫ imago eſt in ſe habeat auctoris · Vidē
tur enim dicere qꝫ filius qui eſt imago
patris patri coequatur · non pater filio
cuꝫ et filius dicatur equalis patri ī ſcrip
tura/ et pater filio· ſed filius hoc habꝫ
a patre vt ſit ei equalis· pater autem nō
habet a filio· et tamen filius plene ac ꝑ
fecte equalis eſt patri· i· imago ei cuius
eſt imago·

¶ Quare dicatur hilarius ꝓpa perſonaruꝫ
aſſignaſſe in verbis preiectis cum ibi nō
ſint expſſe ꝓprietates ·

Propria ergo perſonarum in p̄
dictis verbis aſſignaſſe dicitur
hilarius· quia relatiua nomīa ꝑ
ſonarum poſuit· ſ· patris imaginis ⁊ mu
neris que relatiue dicuntur de perſonis
et ꝓprietates notant quibus diſtinguun
tur perſone· Ita enim dicitur ſpūſſan
ctus munus relatiue ſicut donum· Verꝫ
tamen ipās ꝓpetates alijs tribus nomi
nibus non ſignificauit/ iuxta predictam
auguſtini expoſitōneꝫ/ niſi ſolo nomine
eternitatis quo non ipam paternitateꝫ
ſed eam voluit intelligi notionem qua
dicitur ingenitus·

¶ Qꝫ earundem perſonarum diſtinctōneꝫ
notat auguſtinus alijs verbis ſine expſ
ſione trium ꝓpetatum·

Illud etiam ſciri oportet qꝫ eaꝫ
dem trium perſonarum diſtin
ctōnem auguſtinus oſtendere
volens· ſine expreſſione illarum triū ꝓ
prietatum ſuperius commemoratarum·
i primo libro ō doctrina xp̄iana ſic ait ·
In patre eſt vnitas· in filio equalitas · i
ſpūſancto vnitatis equalitatiſqꝫ concor
dia · Et tria hec vnum omnia ꝓpter p̄reꝫ
equalia omnia ꝓpter filiuꝫ· connexa oīa
ꝓpter ſpmſanctum· Itaqꝫ pater et filiuſ
et ſpūſſanctus· et ſingulus quiſqꝫ horū
deus eſt et ſimul omnes vnus deus · et
ſingulus quiſqꝫ horum plena ſubſtantia
eſt· et ſimul omnes vna ſubſtantia· paẗ
nec eſt filius· nec ſpūſſanctus eſt filius ·
nec pater eſt/ nec ſpūſſanctus· Spūſſan
ctus nec pater eſt/ nec filiuſ· Sed pater
tantum pater· et filius tantum filius · et
ſpūſſanctus tantum ſpūſſanctus· Eadeꝫ
tribus eternitas· eadem incommutabi
litas· eadem maieſtas· eadem poteſtas
In his verbis aperte inſinuatur perſo
narum trium diſtinctō ·

¶ Quare patri attribuatur vnitas et filio
equalitas ·

Sed plurimos mouꝫ qꝫ patri att̄
buit vnitatem· filio equalitateꝫ
Cuꝫ em̄ vnitaſ dicatur ſecundū
ſubſtontiam non tātum in patre eſt/ ſed
etiam in filio et in ſpūſancto· et equali
tas vna eſt patris/ et filij/ et ſpūſſancti·
Cur ergo patri attribuitur vnitas· et fi
lio equalitas· Forte eadem ratiōe attri
buitur patri vnitas ſcdūm auguſtinum
qua ſupra eidem eternitas ſecundum hi
larium· quia videlicet pater ita eſt / vt
ab alio non ſit · Et quia filium genuit·
vnum ſecum deum · et ſpūſſanctꝰ ab eo

procedit vnus cum eo deus· Vnitas er=
go in patre eē dicitur·quia nec eſt ali=
quid aliud a quo ſit· non enim ab alio
eſt·nec ab eo aliquis vel aliquid eſt ab
eterno quod vnum cum eo non ſit·filius
enim et ſpūſſanctus vnum ſunt cum pr̄e
Vnde veritas ait· Ego et pater vnum
ſumus·

¶ Hilarius in libro de ſinodis

SI quis innaſcibilem et ſine ini=
tio dicat filium quaſi duo ſine
pricipio·et duo innaſcibilia· et
duo innata dicēs·duos faciat deoſ ana
thema ſit· Caput ei qd̄ eſt principium
omnium filius· Caput autem quod eſt
principium xp̄i deuſ· Sic enim ad vnuz
initialem omnium initium· per filiuz vni
uerſa referimus·filium innaſcibilem cō
fiteri impiiſſimum eſt· Jam enim n̄ erit
vnus deus·quia deum vnum predicari
natura vnius innaſcibilis dei exigit· Cuz
ergo deus vnus ſit·duo innaſcibiles eē
non poſſint·cum idcirco deus vnus ſit·
cum et pater deus ſit·et filius dei deus
ſit·qz inaſcibilitas ſola penes vnū ſit·fi
lius aūt ideō deus·qz ex inaſcibili eſſentia
natus exiſtat· Caput enim omnium vt
filius eſt·ſed caput filij deus eſt· et ad
vnum deum omnia hoc gradu/et hac cō
feſſione referuntur cuz ab eo ſumāt vni
uerſa principium· cum ipe principiū ſit·
Idem in eodem· Oībus creaturis ſub=
ſtantiam voluntas dei attulit·ſed natu
ram dedit filio ex innaſcibili ac non na=
ta ſubſtantia perfecta natiuitas· Talia
enim cuncta creata ſunt qualia deus eē
voluit·filius autem natus ex deo ſubſi=
ſtit talis qualis deus eſt· Nec diſſimilē
ſui edidit natura naturam·ſed ex ſubſtā
tia dei genitus nature ſcd̄m originez at
tulit/non ſecundum creaturas volunta
tis eſſentiam·

¶ Quare pater et filius dicantur eſſe vnū
vel vnus deus ſed non vnus· quia res
eiuſdem nature recte poſſunt dici vnum
ſimpliciter et cum adiectōne· Res ve=
ro diuerſe nature non poſſunt dici vnuz
niſi dicatur quid vnum·

HIc dici oportet qꝫ pater et fili=
us et ſpūſſanctus recte dicunt
eſſe vnum et vnus deus·ſed nō
vnus· Res enim due vel plures recte poſ
ſunt dici vnum eſſe/ſi ſint vnius eſſentie
et earum vna ſit natura· Vnus autē vel
vna non poteſt dici de diuerſis rebus ni
ſi addatur quid vnus vel vna·quo addi
to recte poteſt dici de rebus et vnius et
diuerſe ſubſtantie. Vnde auguſtinus ī
ſexto libro d̄ trinitate ſic ait· Neſcio vtrū
inueniatur in ſcripturis dictum· vnū ſūt
quorum eſt diuerſa natura· Si autem et
aliqua plura ſint eiuſdem nature et di=
uerſa ſentiant·non ſunt vnum inquantū
diuerſa ſentiunt· Cuz ergo ſic dicit vnū
vt non addatur quid vnuz·et plura vnū
dicuntur eadem natura atqꝫ eſſentia·nō
diſſidens neqꝫ diſſentiens ſignificatur·
Vnde paulus et apollo qui et ambo ho
mines erant et idem ſentiebant vnum eē
dicuntur cum dicitur· Et qui plantat et
qui rigat vnum ſunt· Cum vero additur
quid vnuz poteſt ſignificari aliquid ex
pluribus vnum factum quamuis diuer=
ſis natura / ſicut anima et corpus/non
poſſunt vtiqꝫ dici vnum· Quid enim taz
diuerſum niſi addatur vel ſubintelliga=
tur quid vnum·id eſt vnus homo· Vnō
apoſtolus. Quid adheret inquit domi=
no ſpūs vnus eſt· Non dixit vnus eſt vel
vnum ſunt·ſed addit ſpūs· Diuerſi ſunt
enim natura ſpūs hominis et ſpūs dei·
ſed inherendo fit ſpūs hominis·vnus ſpi
rituſ cum deo·quia particeps fit verita
tis beatitudinis illius. Si ergo de his
que diuerſe ſubſtantie ſunt recte dicitur
qꝫ ſint vnus ſpūs·quanto magis qui vni
us ſubſtantie ſunt recte dicuntur vnus
deus eſſe·

¶ Du hereſi ſabellij·

Pater ergo et filius vnū ſunt vti
q; ſecundum vnitatem eſſentie.
et vnus deus. In quo et arria=
na hereſis damnatur que patrem. et fili
um et ſpm̄ſanctum vt ait auguſtinus in
libro de hereſibus nō vult eſſe vni⁹ eiuſ
demq; ſubſtantie atq; nature. vel ut ex
preſſius dicatur eſſentie/ que grece di=
citur vſia. ſed filium eē creaturam /nec
non ſabelliana. que ut ait auguſtinus in
eodem libro dicebat. xp̄m eundem ip̄m
et patrem et ſpm̄ſanctum eē. vt eſſet tri
nitas nō vnum ſine ſubſiſtentia perſo=
narum. Vtrāq; peſtem ut ait auguſtin⁹
ſuper iohannem elidit veritas ait. Ego
et pater vnum ſumus. Vtrunq; audi et
aduerte et vnum et ſumus et a caribdi
et ſcilla liberaberis. Q) enim dixit vnū
liberat te ab arrio. q) dixit ſumus. libe=
rat te a ſabellio. Si vnum ergo non di=
uerſum. ſi ſumus/ergo pater et filius.
Sumus em̄ non diceret de vno. nec vnū
de diuerſo. Erubeſcant ergo ſabelliani
qui dicunt ip̄m eē patrem qui eſt filius
confundentes perſonas qui et dicti ſunt
patripaſſiani qui dicunt patrē fuiſſe paſ
ſum. Arriani vero dicunt aliud patrem
eſſe aliud filium. non vnam ſubſtantiam
ſed duas/patrem maiorem. filium mino=
rem. Noli hoc dicere tu catholice. In
medio ergo nauiga vtrūq; periculoſum
litus deuita et dic. Pater pater eſt/et
filius filius eſt. Alius pater alius filius.
ſed non aliud. immo hoc ip̄m/ quia vnus
deus. Ecce oſtenſum eſt quare vnitas i
patre eē dicatur cū tres vnum ſint.

¶ Quare dicitur eē equalitas in filio. cū
ſit vna equalitas trium.

Nunc videamus quare equalitas
dicatur eē in filio / cum vna et
ſumma equalitas ſit triū. hoc
ideo forte dictum eſt. quia filius genit⁹
eſt a patre equalis gignenti et dono qd
ab vtroq; procedit. et ideo illa tria dicū
tur eē equalia ꝓpter filium. Filius enim
habet a patre ut ſit ei equalis et ſpiri=
tuiſancto. et ſpūſſanctus ab vtroq; ha=
bet/vt ſit equalis vtriq;. Hoc autem ſi=
ne aſſertōnis ſupercilio et maioris intel
ligentie preiudicio dicimus/ malentes i
apertōne tam clauſorum ſermonum pe=
ritiores audire q̄ȝ aliquid aliis influere.

¶ Quare in ſpūſancto dicitur eē vtriuſq;
concordia vel cōnexio

Quod autem in ſpū dicitur eius
vtriuſq; concordia. et per eum
omnia connexa facilior eſt intel
ligentia nobis premiſſa ad mentem re=
uocantibus. Supra enim ſecundum au=
toritates ſanctorum dictum eſt. q) ſpūſ
amor eſt quo pater diligit filium/ et fili
us patrem. Recte ergo ſpūſſanctus di=
citur connexio vel concordia patris et fi
lii et per eum omnia connexa. Vnde au
guſtinus in quinto libro de trinitate.
Communio quedam conſubſtantialis
patris et filii eſt amborum ſpūſſanctus.
Idem in ſeptimo de trinitate. Spiritus
ſanctus eſt ſumma caritas vtrūq; coniū
gens noſq; ſubiungens.

¶ Vtrum pater vel filius ſ. ſ. diligat cū di
ligere idē deo ſit qd eſſe.

Hic oritur queſtio ex predictis d
ducta. dictum eſt enī ſupra at=
q; ſanctorum autoritatib⁹ oſtē
ſum q) ſpūſſanctus eſt communio patriſ
et filii et amor quo pater et filius ſe in=
uicem diligunt. Ideo queritur vtrū pa
ter uel filius per ſpm̄ſanctū diligat. qd
vtiq; videtur oportere dici ſecundum
autoritates ſuperpoitas/ quibus oſten
ditur ſpm̄ſanctum eē quo genitus a gi=
gnente diligatur. genitoremq; ſuum di=
ligat. Sed econtra ſi pater uel fili⁹ di=
catur diligere per ſpm̄ſanctum/ uidetur
eſſe per ſpm̄ſanctum. quia non eſt aliud
deo eſſe et aliud diligere ſed idem. quia
ut ait auguſtinus in quindecimo libro

de trinitate. Quidquid ſecundum qualitates in illa ſimplici natura dici videt ſecundum eſſentiam eſt intelligendum. vt bonus. magnus. immortalis. ſapiens diligens. et huiuſmodi. Ideoqꝫ ſi pat vel filius diligit per ſpm̄ſanctum. per ipſum ſanctum eſſe videtur. neqꝫ tantū eſſencia ſua diligit. ſed etiam dono.

**Hec queſtio inſolubilis eſt humanū ſuperans ſenſum in qua autoritates ſibi occurrunt.**

Huic queſtioni cum altitudinē nimie profunditatis contineat. id ſolum reſpondemꝰ/ quod auguſtinus ſignificare videtur. ſ. q̄ pater et filius ſe diligant et vnitatem ſeruēt non ſolum eſſentia ſua. ſed ſuo dono ꝓprio quod licet ſupra poſitum ſit iterare tamen non piget. quia ſic expedit. Ait auguſtinus in ſexto libro de trinitate ita. Manifeſtuꝫ eſt q̄ non aliquis duorum eſt quo vtrqꝫ coniungitur/ quo genitꝰ a gignēte diligatur. genitoremqꝫ ſuum diligat. ſineqꝫ non participatōne/ ſꝫ eſſentia ſua. neqꝫ dono ſuperioris alicuius ſed ſuo ꝓp̄o ſeruantes vnitatē pacis

**Aperte dicit q̄ pater et filius eſſentia ⁊ dono ſuo diligunt ſe et pacē ſeruant**

Ecce hic dicit/ q̄ eſſentia ſua et dono ſuo ſeruant vnitatē. Idē in quindecimo libro de trinitate ait. In illa trinitate quiſ audeat dicere patrem nec ſe nec filium nec ſpiritū ſanctum diligere/ niſi per ſpm̄ſanctum. Hic aperte oſtendit patrem non tantū per ſpiritumſanctum diligere. Non autē ſimpliciter dicit patrem non diligere per ſpm̄ſanctum.

**Utrum pater ſit ſapiens ſapientia quaꝫ genuit. ſicut diligere amore qui ab ip̄o procedit.**

Preterea diligenter inueſtigari oportet vtrum pater ſapiēs ſit ſapientia quam genuit que tantum filius eſt/ quod videtur a ſimili poſſe probari. Si enim pater diligit amore qui ab ip̄o procedit. cur non et ſapientia uel intelligentia quam genuit ſapit uel intelligit. Hanc queſtionem vrgere videtur ut ait auguſtinus in ſexto libro de trinitate quod ſcripſit apoſtolꝰ dicens xp̄i dei virtutem et dei ſapientiam. Ubi queritur. vtruꝫ ita ſit pater ſapientie et virtutis ſue/ ut hac ſapientia ſapiens ſit quam genuit. et hac virtute potenſ quam genuit. ſed abſit ut ita ſit quia ſi hoc eſt ibi eſſe quod ſapere. non per illam ſapientiam quam genuit ſapiens dicitur pater. alioquin nō ip̄a ab illo. ſed ille ab ip̄a eſt.

**Hic determinat dicens patrem non eē ſapientem ſapientia quam genuit.**

Si enim ſapientia quam genuit cauſa eſt illi ut ſapiens ſit. etiam ut ſit ip̄a illi cauſa eſt qd̄ fieri non poteſt. niſi gignendo eum aut faciendo. ſed nec genitricem nec conditricem patris vllo modo quiſq̄ dixerit ſapientiam. Quid enīꝫ ē inſanius? Ergo pater ip̄a ſapientia eſt qua ſapiens eſt. Filius vero dicitur ſapientia patris. et virtus patris. non quia pater per eū ſit. ſapiens uel potens. ſed quia filius ſapiētia et virtus eſt de patre ſapientia et v̄tute. Ex his ergo patet q̄ pater nō eſt ſapiens ſapientia genita/ ſed ſeip̄a ſapiētia ingenita.

**Utrum filius ſit ſapiens ſapientia genita vel ingenita.**

Poſt hec queri ſolet a quibuſdā vtrum filius ſit ſapiens ſapientia genita vel ingenita. Si enīꝫ non eſt ſapiens ſapientia genita. nec ſeip̄o ſapiens eſt. Si vero ſapiētia genita

ſapiens eſt·non videtur ſapiens eē ſapi
entia ingenita ·et ita nō videtur ſapiēs
a patre ·cum a patre habet omnia.

¶ Reſponſio·

AD quod dicimus / quia vna eſt
ſapientia patris et filij et ſpūs
ſancti ſicut vna eēntia· quia ſa=
pientia nullius nature ſimplicitate ē eſ=
ſentia· et tamen filius tantum eſt ſapien
tia genita / et pater ſapientia ingenita ·
et ſapientia genita eſt de ſapientia īge
nita uel a ſapientia ingenita· Et cum id
ſit ibi eſſe quod ſapientem eē · relinquit
ut ſapientia genita ſit ſapiens de ſapien
tia ingenita· Non ergo filius dicitur ſa=
pientia dei· tanquam ipſe ſolus itelligēs
ſit· vel ſapiēs ſibi et patri et ſpūi ſancto
quia ut ait auguſtinꝰ i ·xv·libro ꝺ tri ·
ſolus ibi filiꝰ itelligit ⁊ ſibi ⁊ pr̄i ⁊ ſ·ſ·
ad illam reditur abſurditatem vt pater
ñ ſit ſapiens de ſeipō / ſed de filio · Nec
ſapientia ſapientiam genuerit / ſed ea ſa
pientia pater dicatur ſapiens eſſe quaꝫ
genuit · Vbi enim non eſt intelligentia
nec ſapientia poteſt eē· Ideoqꝫ ſi pater
non intelligit ipſe ſibi / ſed filius intelli=
git patri· pfecto filius patrem ſapien=
tem facit· et ſi hoc eſt deo eſſe quod ſa
pere· et ea illi eſt eſſentia que ſapientia·
non filius a patre quod veruꝫ eſt / ſed a
filio potius pater habet eſſentiaꝫ quod
abſurdiſſimum atqꝫ falſiſſimuꝫ eſt · Eſt
ergo deus pater ſapiens ea que ipſe eſt
ſua ſapientia· et filius ſapientia patris ē
ſapiens de ſapientia que eſt pater / de
quo eſt genitus filius· Ita et pater eſt
intelligens ea que ipſe eſt ſua intelligen
tia· Non enim eſſet ſapiens qui non eſſꝫ
intelligens· filius autem ītelligentia pa
tris · de intelligentia genitus eſt / que ē
pater / de qua et intelligens eſt· Proin=
de pater eſt ſapientia · et filius ſapiētia
et vtrqꝫ vna ſapientia ·et tamen ſolꝰ pa=
ter eſt ingenita ſapientia· et filius ſolus
genita ſapientia· nec tamen alia ſapien=
tia pater· alia filius· ſed vna eademqꝫ· ſi
cut pr̄ ē ds īgeitꝰ · ⁊ filiꝰ ds geitꝰ · neqꝫ
ds genitus ē deus ingenitus · ñ ideo tñ
alius deus eſt pater / alius filiꝰ · ſed vnꝰ
deus vterqꝫ / non autem vnus · alius eſt
enim genitus alius ingenitus· ſed nō ali
us deus· ymmo vterqꝫ vnum ſiue vnus
deꝰ · Ita ñ ē ſapīa geīta· ſapīa īgeīta· ſꝫ
alia eſt ſapientia genita· alia ingenita ·
non eſt tamen alia ſapientia ſed vna ea=
demqꝫ ſapientia·

¶ An filius ſit ſapiens ſeipō uel p ſeipm̄ .

EX predictis conſtat qꝫ filius nō
eſt ſapiens a ſe· neqꝫ de ſe · ſed
de patre et a patre· Queri aūt
ſolet utrum filius ſit ſapiens ſeipō vel p
ſeipm̄·

¶ Solutio a quibuſdam

QVidam dicunt multipliceꝫ hic
fieri intelligentiam· et ideo di=
ſtinguendum fore· ita ut cuꝫ di
cas filium eē ſapientem ſeipō vel per ſe
ipm̄ ſi ſui natura / et eſſentia ſapientem
intelligas / verus ſit intellectus· Si ve=
ro a ſeipō vel de ipō ſapientem eſſe in=
telligas / falſitati ſubiectam habes intel
ligentiam.

¶ Aliorum determinatio·

ALij vero ſimpliciter et abſqꝫ de
terminatōne concedunt huiōi
locutōnes ·filius eſt ſapiens p
ſe· ſed non a ſe vel de ſe· et filius eſt de=
us per ſe· et eſt per ſe· ſed non a ſe uel ꝺ
ſe· Hoc confirmantes verbis hilarij qui
filium non a ſe· ſed per ſe agere in libro
nono de trinitate ait· Nature īquit cui
contradicis heretice hec vnitas eſt · vt
ita p ſe agat filius / ne a ſe agat· et ita ñ
a ſe agat ut per ſe agat· Intellige filiuꝫ
agentem· et per eum patrem agentem·
Non a ſe agit / cum pater in eo manere

monſtratur. Per ſe agit cum ſecundum natiuitatē filij agit ipſe que placita ſūt. Infirmus ſit non a ſe agendo niſi a deo ipſe agit. non ſit vero in vnitate nature ſi que agit. et in quibus placet non per ſe agit. Sicut ergo inquiunt. filius per ſe agit/ ſed nō a ſe. Ita et filius debet dici ſapiens per ſe ſed non a ſe. ſic et ipſe deus eſt vel eē dicendus eſt ut aiunt ſe non a ſe vel de ſe

## An vna tantum ſit ſapientia patris.

POſt hec a quibuſdam queri ſolet vtrum vna tantum ſit ſapiētia patris. quod non eē incunctanter probare hoc modo. Filius inquiunt eſt ſapientia patris genita/ qua pater ſapiens non eſt. Eſt igitur aliqua ſapientia patris qua ſapiens non eſt. eſt autem et ſapientia patris ingenita/ et ea pater ſapiens eſt. Eſt ergo quedam ſapiētia patris qua ſapiens eſt. et ipſa non eſt illa ſapientia patris qua pater ſapiens eſt. Non eſt ergo vna tantum ſapientia patris. Item ſapientia ingenita eſt ſapiētia patris. et a ſapientia genita eſt ſapientia patris. Non eſt autem ſapientia ingenita ſapientia genita. Non eſt igitur vna tantum patris ſapientia. hec et his ſimilia tanquam ſophiſtica et autoritate longinqua cunctiſqȝ in theologia et a veritate peritis patentia abijcimus. reſponſo indigna aduertentes. Id tantū adijcientes quia vna eſt tantum ſapientia patris. ſed non vno modo dicitur. Naȝ ſapientia patris dicitur illa quam genuit. et ſapientia patris dicitur ea qua ſapiens eſt. Diuerſa eſt ergo ratio dicti. Illa ei dicitur patris/ quia eaȝ genuit. et ea dicitur patris. quia ea ſapit. vna eſt tamē ſapientia patris. quia ſapientia genita eſt eadem ſapientia/ et ea qua ſapiens ē ſiue ea qua ſapiens non eſt intelligatur perſona patris/ ſiue eē vna patris. quia perſona patris que intelligitur cum dicitur ſapientia ingenita et perſona filij que ſignificatur cum dicitur ſapientia genita vna eademqȝ ſapientia eſt que eſſentia diuina itelligitur communis tribus perſonis.

Vtrum in trinitate eſt dilectō que ē trinitas. et tamen ſpūſſanctus eſt dilectō que non eſt trinitas. nec ideo due ſunt dilectōnes. ita et de ſapientia.

ET ſicut in trinitate dilectō eſt/ que eſt pater/ filius/ et ſpūſſanctus. que eſt ipſa eſſentia deitatis. et tamen ſpūſſanctus dilectio eſt. que non eſt pater uel filius. nec ideo due dilectōnes ſunt in trinitate. quia dilectio que ipſe ſpūſſanctus eſt. eſt dilectō que trinitas eſt. non tamen ipſa trinitas eſt. ſicut ſpūſſanctus eſt eſſentia que trinitas eſt. non tamen ipſe trinitas eſt. In trinitate ita ſapientia eſt que eſt pater et filius et ſpūſſanctus. que eſt eſſentia diuina. et tamen filius eſt ſapientia que non eſt pater. vel ſpūſſanctus. Nec ido due ſapientie ibi ſunt. quia ſapientia que ipſe eſt filius eſt eſſentia que eſt trinitaſ ipſa tamen non eſt trinitas ſicut filius ē eſſentia que ē trinitas. ipſe tñ nō ē trinitas.

## Qua rōne pater non dicitur ſapiens ea ſapientia quam genuit. eadem videtur debere dici. quod non ſit diligens pater. vel filius dilectōe qua ab vtroqȝ procedit

PReterea diligenter notandum eſt quod ea ratōne qua pater non dicitur ſapiens eē ſapia quā genuit. videtur forte dicendum/ quod pater non diligat filium/ vel filius patrem ea dilectōne que ab vtroqȝ procedit. ſcȝ que ipſe ſpūſſanctus eſt. Sicut enim idem ē deo ſapere quod eſſe. ita ē ei idem diligere quod eſt eē. Ideoqȝ ſicut negatur pater eē ſapiens. ſapientia quam genuit quia ſi ea diceretur ſapiens/ non ipſa ab eo. ſed ipſe ab ea intelligeretur eſſe. ita videtur non debere concedi quod pater vel

filius diligat dilectōne que tantum ſpirituſſanctus eſt. quia ſi ea diligit pater vel filius. non ſpūſſanctus videtur eſſe a patre et filio. ſed pater ⁊ filiuſ a ſpūſancto. quia idem eſt ibi diligere quod eſſe. Et ſupra dictum eſt atq; autoritate auguſtini ſancitum/ q; i trinitate tria ſunt vnus diligens eum qui de illo eſt. ⁊ vnꝰ diligens eum de quo ē. et ipa dilectio. et non eſt aliquis duorum quo genitus a gignente diligitur/et genitorem ſuū diligit. Quibus verbis aperte ſignificatur patrem filium. et filium patrem diligere /ea. ſ. dilectōne que non eſt aliqs eorum/ſed tantum ſpūſſanctus. Cū idē ergo ſit ibi diligere quod eē/ quomodo dicitur pater uel filius non eſſe ea dilectōne qua alter alterum diligit. Cum iō pr̄ negetur ſapere ſapientia quam genuit. ne ea eē intelligatur.

## Q; et hec queſtio inexplicabilis eſt que excellit infirmitatem hominis.

Difficilem michi fateor hanc queſtionem precipue cum ex predictis oritur que ſimilem videretur habere rōnem. quod nr̄e intelligentie attendens infirmitas/turbat. cupiēs magis ex dictis ſanctorum referre/q; afferre. Optimus enim lector ē inquit hilarius in primo libro de trinitate qui dictorum intelligentiā expectet ex dictis potius q; imponat. et retulerit magis q; attulerit. neq; cogat id videri dictis contineri quod ante lectōnem preſumpſerit intelligendum. Cum ergo de rebꝰ dei ſermo ē concedamus deo ſui cognitōnem. dictiſq; eius pia veneratōne famulemur. Inueſtiget g° diligenter piꝰ lector rōnē dictorū ſi forte dictorum aliquam valeat reperire cauſam qua nota ipſa premiſſa queſtio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc queſtionem non abſoluens. ſed errorem excludens ꝯfiteor non ita eſſe dictum/ patrem diligere filium. vel filium prēm ea dilectiōe que ab vtroq; procedit /q̄ non eſt aliquis eorum. ſed tantum ſpūs ſanctꝰ. tanquam ea dilectōne pater ſit vel filius. Sed ſic ea pater diligit filiū et filius patrem. vt etiam pater per ſe ea que ipe eſt dilectōne diligat. ſic et filius. non autem ſic ut pater per ſe nō diligat et filius/ſed per eā tantum. Quis hec in illa trinitate inquit auguſtinus opinari vel affirmare preſumat. Eam tn̄ queſtionem lectorum diligentie plenꝰ diiudicandam atq; abſoluendam relinquimus ad h° minus ſufficientes.

## Vtrum ꝓꝑetates perſonarum ſint ipe perſone. et deus. i. diuina eſſentia. 33

Poſt ſupradicta interius conſiderari atq; ſubtiliter inquiri oportet vtrum ꝓprietates perſonarum quibus ipe perſone determinant ſint ipe perſone. ⁊ ſint deus id eſt diuina eſſentia. an ita ſint i perſonis vt nō ſint perſone. ac per hoc nec diuina eſſentia. Q; enim in perſonis ſint ꝓprietates/nemo inficiari audeat. cum aperte clamet autoritas q; in perſonis eſt ꝓꝑetas. et in eſſentia vnitaſ. Superius quoq; multis ſanctorum teſtimonijs aſtruximus perſonas per ꝓꝑetates diſtingui atq; determinari. ipaſq; ꝓꝑetates tres. ſ. ꝓprijs expreſſimus vocabulis.

## Q; ꝓꝑetates ſint perſone.

Cum ergo ꝓprietateſ ipe ab eterno fuerint quibus ipe perſone determinantur et differunt quomodo eſſent ſi in eis non eſſent Et quomodo in eis eſſent et ipe perſone non eſſent quin ibi eſſet multiplicas. Quocirco ſicut ꝓꝑetates eſſe in perſōis ita et eas perſonaſ eē confitemur. ſicut ſupra autoritate hieronimi ut non pigeat reuocare ad mentem proteſtati ſumꝰ in expoſitōne fidei ita dicentiſ.

¶ Hieronimus breuiter tangit que ſupra poſita ſunt ut aliud addat.

Sabellij hereſim declinātes tres perſonas expſſas ſub ꝓprietate diſtinguimus. Non enim nomina tantūmō ſed etiaꝫ nominuꝫ ꝓpetates id eſt perſonas. vel ut greci exprimunt ypoſtaſes/hoc eſt ſubſiſtentias confitemur. Ecce aperte dicit perſonas ꝓprietatibus diſtingui. et ipſas proprietates eſſe perſonas cuius hic verba perſtringimus quia ſupra latius poſuimus.

¶ Qꝫ ꝓpetates ſint diuina eſſentia.

Unqꝫ de ſimplicitate deitatis ſupra diſſeruimus autoritatib9 ſanctorum .ſ. auguſtini .hilarij. iſidori. necnon et boetij euidenter monſtrauimus deum hoc eſſe omnino quod in ſe habet. excepto ꝙ pater habet filiū nec eſt filius. et filius habet patrem nec eſt pater. et ſic eſt in natura trium ut ꝙ habet hoc ſit quod habet. ⁊ totum qđ ibi eſt vnum eſſe/vnam vitaꝫ eē que modo non iteramus/ne faſtidium lectori ingeramus.

¶ Et predictis concludit ꝓpetates eē perſonas et vnam eſſentiam.

Si ergo proprietates ibi ſūt ſingula eorum id in quo eſt et vna eademqꝫ vita ſingule ſunt. fateamur ergo ⁊ proprietates eē i tribus perſonis. et ipas eſſe perſonas atqꝫ diuinam eſſentiam.

¶ Autoritate aſtruit ꝙ ꝓpetas ſit natura

Quod enim proprietas etiam diuina natura ſit oſtendit hilarius dicens natiuitatem filij eſſe naturam vnde eſt in ſeptimo libro đ trinitate ait. Vtriuſqꝫ natura non differt. vnum ſunt pater et filius. Habet ergo hoc ſacramenti natiuitas ut complectatur in ſe et nomen ⁊ naturā ⁊ poteſtatē quia natiuitas non poteſt non eē ea natura vnde naſcatur filius. Idem in ſexto. Natiuitas ꝓpetas eſt/veritas eſt. Idem in ſeptimo dicit ꝙ natiuitas ſit intelligenda eſſe in natura dei. Supra enim dixit quia ꝓpium patris eſt ꝙ ſemper pater eſt. et ꝓprium filij eſt ꝙ ſemper filius eſt. ſignificans/ꝙ ꝓprietas pris eſt pater. et ꝓprietas filij eſt filius. His aliiſqꝫ pluribus autoritatibus aperte ſignificari videtur. ꝙ ꝓprietas filij filius ſit. ſic et deus. Ita et ꝓpetas patris et ꝓpetas ſpiritusſancti.

¶ Quidam negant ſcilicet proprietates eſſe perſonas et diuinā naturā. et quare

Hoc autem aliqui negant dicentes quidem proprietates in perſonis eſſe. ſed non eſſe perſonas ipas. quia ita dicunt eē in perſonis vel in eſſentia diuina. vt non ſint interius ſicut ea ſunt que ſecundum ſubſtantiam dicuntur de deo ut bonitas iuſticia/ſed extrinſecus affixa ſunt atqꝫ ita eſſe rōnibus probare contendunt.

¶ Obiectio eorum prima qua volunt probare proprietates non eſſe perſonas

Si enim inquiunt ꝓpetates ſunt perſone/non eis perſone determinantur. Contra quod dicim9 quia etiam ſeipis perſone differunt ſicꝫ hieronim9 loquens de patre et filio ⁊ ſpūſancto dicit. Subſtantia vnum ſunt ſed perſonis ac nominibus diſtinguunt. Sed iterum addunt. Si ꝓprietates ipe diuina eſſentia ſunt. cum eſſentia nō differunt tres perſone. nec ꝓpetatibus differunt. Quomodo enim differt pater a filio/eo ꝙ diuina eſſentia eſt/cum in eſſentia vnum ſint.

¶ Reſponſio ad premiſſa autoritate intel

Mozum doctrinis nouis ⁊ huma
nis cōmentiſ verbo hilarij rñde
Immenſum eſt quod exigitur
et in comprehenſibile/ extra ſignifican
tiam eſt ſermonis· extra ſenſus intenſio
nem/non enunctiatur · non attingitur ·
non tenetur· verborum ſignificantiam
rei ipſius natura conſumit · Sēſus contē
platōnem inperſpicabile lumen obce
cat intelligentie capacitatē; qd̄ fine nul
lo continetur/excedit· Michi ergo ī ſen
ſu labes eſt· in intelligentia ſtupor eſt ·
In ſermone vero non iam infirmitatē;·
ſed ſilentium confitebor· periculoſu; ni
mis eſt de rebus tantis ac tam recondi
tis aliquid vltra preſcriptum celeſte p
ferre· ut vltra prefinitōnem dei ſermo
de deo ſit· Forma fidei certa eſt· Non er
go aliquid addendum eſt/ſed modꝰ cō
ſtituendus audacie· quidquid vltra q̄ri
tur non intelligitur

## ¶ Quomodo improbi heretici inſiſtunt alia addentes·

Hererorum hereticorum impro
bitas inſtinctu dyabolice frau
dulentie excitata nondum quie
ſcit/ſed in tanta rerum queſtione addit
Si paternitas et filiatō in deo ſiue ī di
uina eſſentia ſunt· eadem ergo res ſibi
pater eſt et filius· Nam in quo paterni
tas eſt/pater eſt· et in quo filiatio eſt fi
lius eſt· Si ergo vna eademq; res hab;
in ſe paternitatem et filiationem ipſa et
generat et generatur· quod dicentes in
ſabellianā; hereſim pertrahuntur· extē
dentes patrem in filium/cum ipſum ſibi
filium proponant et patrem · Si vero
negauerint in vna dei eſſentia paternita
tem eē et filiatōnem· quomodo ergo di
cunt eē deum· His atq; alijs argumen
torum aculeis vtuntur in ſue opinionis
aſſertionem vt veritatis formā diſſecēt

## ¶ Reſponſio contra hanc eorum opinio nem/vbi traditur q̄ ꝓpetates non pem tus ita eſſe in dei eſſentia ſicut in yposta ſibus dicitur·

Uorum audacie reſiſtentes at
q; ignorantie ꝓuidentes aude
bimus aliquid ſuper hoc loqui
Paternitas et filiatio non ita eſſe om
nino in diuina ſubſtantia dicuntur ſicut
in ipſis ypoſtaſibus quibus ita ſunt/ q̄
eas determinant ut ait iohannes dama
ſcenus· Caracteriſtica idiomata ſunt id
eſt determinatiue ꝓpetates ypoſtaſeos
et non nature/etenim yppoſtaſim deter
minant et non naturam· Ideoq; lic; pa
ternitas et filiatio ſint ī diuina eſſentia
cum eam non determinent· non ideo p̄t
dici q̄ diuina eſſentia et generet et ge
neretur · Uel q̄ eadem res ſit ſibi pa
ter et filius · Ita enim proprietas de
terminat perſonam/vt hac proprietate
ypoſtaſis ſit generans et illa alie ypo
ſtaſis alia ſit generata· et ita non idem
generat et generatur/ſ; alter alterum ·

## ¶ Queritur quomodo proprietates poſ ſunt eſſe in natura nec eam determinēt

Sed forte queres cum hee ꝓpe
tates non poſſunt eſſe in perſo
nis quin eas determinent quō
in diuina eſſentia eē poſſint ita ut nō eā
determinent? Reſpondebo tibi ⁊ hic cū
hilario· Ego neſcio non requiro et con
ſolabor me tamen archangeli neſciunt
angeli non audierunt· ſecula non tenēt·
ꝓpheta non ſenſit· apoſtolus non inter
rogauit· filius ipſe non edidit· Ceſſet er
go dolor querelarum· Non putet homo
ſua intelligentia/generatōnis ſacramen
tum poſſe conſequi· Abſolute tamen in
telligendus eſt pater et filius et ſpūſſan
ctus· Stat in hoc intelligentia fine ver
borum eſt filius a patre qui eſt vnigeni
tus ab ingenito· ꝓgenies a parente· vi
uus a viuo· non natura deitatis alia et
alia· quia ambo vnum· hoc credendo in
cipe/ꝓcurre/perſiſte· et ſi non ꝑuenturū

ſcientia· tamen gratulabor profecturuȝ·
Qui enim pie infinita ꝓſequitur· et ſi ñ
contigat aliquando tñ proficiet prode-
undo· Sed ne te inſeraſ in illud ſecretū
et archanum inopinabilis natiuitatis·
ne te immergaſ ſummam itelligentie cō-
prehendere preſumens· ſed intellige in-
comprahenſibilia eē· His alijſqȝ multis
euidenter oſtenditur nobis nullatenus
licere maieſtatem perſcrutari / ius pone
re poteſtati modū circūſcribere ifinito·

¶ Autoritatibus quibus opinionem ſuam ſcȝ qꝫ ꝓprietas patris vel filij non ſit de us muniant·

Verumtamen nondum deſiſtūt
impatientie ſpū agitati· ſed opi
nionem ſuam etiam ſanctorum
autoritatibus munire conantur / quibuſ
oſtendere volunt ꝓpetatem qua pater ē
pater· et ꝓpetatem qua filius eſt filius·
non eē deum· ad hoc inducentes verba
auguſtini ſuper illum locum pſalmi· et
non eſt ſubſtantia· Deus enim quedam
ſubſtantia eſt· Vnde etiaȝ in fide catho
lica ſic edificamur vt dicamus patreȝ ⁊
filium et ſpm̄ſāctum vnius eē ſubſtan-
tie· Quid eſt vnius ſubſtantie? Quid-
quid eſt pater quod deus eſt hoc ē fili⁹
hoc eſt ſpūſſanctus· Cum autem pater
eſt / non illud eſt quod pater eſt· pater
enim non ad ſe ſed ad filium dicitur· ad
ſe autem deus dicitur· Eo igitur qꝫ vel
quo deus ē / ſubſtantia ē· et quia eiuſdeȝ
ſubſtantie eſt filius· ꝓculdubio et fili⁹
eſt deus· At vero qꝫ pater ē· quia ñ ſub
ſtantie eſt / ſed refertur ad filium· nō ſic
dicimus filium patrem eē· ſicut dicim⁹
filium deum eſſe·

¶ Qualiter retorquēt verba auguſtini ad ſuam prauitatem·

Ex his verbis ſignificari dicunt /
qꝫ ꝓpetas patris vel proprietaſ
filij non ſit deus vel eſſentia di-
uina· Cum enim dicit eo qꝫ deus ē / ſub
ſtantia eſt· ſed qꝫ pater eſt ſubſtantie ñ
eſt aperte inquiunt oñdit / idem eē ſub-
ſtantiam quo deus eſt· Id vero quo pr̄
eſt non eſſe ſubſtantiam· Item cum ait
pater non illud eſt quod ē oñdit eum ñ
eſſe patrem / eo qꝫ ſubſtantia eſt· Non
enim ſimpliciter dixit· pater non ē illud
quod ē / ſed ait· Cum pater ē / non illud
eſt quod ē ſignificans quo pater ē / non
eē illud quo eſt· i· eſſentiam· Hec illi ita
exponentes ſua commenta ſimplicibus
et incautis vera videri faciunt·

¶ Qualiter intelligenda ſunt illa q̄ dicūt

Nos autem aliter fore iſta intel-
ligenda dicimus· dicens eñ eo
qꝫ deus ē / ſubſtātia ē· ſed qꝫ pa
ter eſt / ſubſtantie non ē· hoc itelligi vo-
luit quia eſſentia deus ē· et deitate ſub-
ſtantia ē· eo enim ſubſtantia ē quo deus
ē / et econuerſo· cuius ea ē deitas / que ē
ſubſtantia· et ſubſtantia que deitas· ſed
quod pater ē non ē ſubſtātie· id ē ñ quo
pater ē / eo ſubā ē· quia ꝓpetate generati
onis pater ē qua ſubā non ē· ipam tamē
proprietatem ſubām eſſe non negauit·
Ita etiam illis intelligenduȝ ē qꝫ ait cū
ē pater non illud ē quod ē· i· non illo pa
ter ē qꝫ vel quo ipe ē· i· eſſentia / ſȝ notōe

¶ Alijs etiam verbis auguſtini vtuntur vt aſſerant quod dicunt· ſcilicet proprie-tates perſonarum non eē dei ſubām·

Item illis verbis auguſtini vehemen
ter inniſcunt ſuperius poſitis· ſ· qꝫ ṽ-
bum ſecundum qꝫ ſapientia ē et eſſen
tia· hoc ē quod pater ſecundum qꝫ uer-
bum non hoc ē quod pater· Si inquiūt
verbum non ē hoc quod pater ſecunduȝ
hoc qꝫ ē verbum· Id ergo quo verbum
ē non ē illud quod pater ē· Proprietas
ergo qua verbum ē non ē id quod pater
ē· Non ē igitur diuina eſſentia· Ad qd̄
dicimus· quia licet ſecundum qꝫ verbū

ñ ſit h° qḋ pater ē· ea tamen proprietaſ qua verbū ē/ ē id quod pater· id ē diuia eſſentia· ſed non ē ypoſtaſis patris·

¶ Opinio quorundam non idem eſſe perſonam et eſſentiam vel naturam dicentium et eandem eſſentiam non poſſe eſſe patrem et filium et ſpiritumſanctum·

P Redictis adijciendum eſt q̄ qdā peruerſi ſenſus hoies in tantam pſiliert iſaniā ut dicerēt ñ idem eſſe naturam dei et perſonam ſiue ypoſtaſim dicentes eandem eſſentiā nō poſſe eſſe patrem et filium ſine perſonarum confuſione· Si enim inquiunt ea eſſentia que pater eſt filius eſt/ idem ſibi pater eſt et filius· Si hanc rem dicis eſſe patrem· aliam quere quaꝫ dicas eſſe filium· Si vero aliam non queſieris ſed eandem dixeris idem genuit et genitus eſt· Propter hec et huiuſmodi inter naturam et perſonam diuidunt ita vt non recipiant vnam deitatis naturam et ſimplicem eē tres perſonas· Idqꝫ teſtimonio hilarij defendere nituntur qui in ſeptimo libro d̄ trinitate querens vtꝝ apoſtolus ſpm̄ dei nominans· et ſpm̄ criſti idem ſignificauerit vtroqꝫ verbo īquit ita· Gentium predicator volens nature vnitatem in patre/ et a filio docere ait Spūs dei in vobis eſt· Si quis autem ſpm̄ xp̄i non habet· hic non eſt eius· Si autem ſpūs eiuſ qui ſuſcitauit hieſum ꝛc̄ Spūales omnes ſumus ſi in nobiſ ē dei ſpūs· ſed et hic ſpūs dei eſt et ſpūs xp̄i· et cum xp̄i ſpūs in nobis eſt/ eius ſpūs ī nobiſ eſt qui ſuſcitauit xp̄m· et cum eius qui ſuſcitauit crhiſtum in nobis eſt ſpiritus· et ſpūs in nobis eſt xp̄i· Nec tam̄ non dei eſt ſpūs qui in nobis eſt· diſcerne ergo heretice ſpm̄ xp̄i a ſpū dei· ꝛ excitati a mortuis ſpiritum xp̄i a ſpū dei xp̄m a mortuis excitantis· cum qui habitat in nobis ſpūs xp̄i ſpūs dei ſit· et ſpiritus xp̄i a mortuis excitati ſpūs dei tā‑tum ſit criſtum a mortuis excitantis·

¶ Queſtio hilarij vtrum in ſpū dei natura vel res nature ſignificata ſit qḋ non eſt id eſt natura quod res nature·

A T quero nunc in ſpū dei· vtruꝫ natura ante rem nature ſignificatam exiſtimes· Non eſt enim idem natura qḋ res nature· ſicut nō idē eſt homo/ et quod hominis eſt· nec ideꝫ eſt ignis et quod ipius ignis eſt· ꝛ ſcdꝫ hoc non eſt idem deus et qḋ dei eſt·

¶ Hic oſtenditur quem ſenſum trahunt ex illis verbis·

O Vius dicti occaſiōe pref ati hereticí dogmatizarunt non idem eſſe perſonam et nauuram dei/ aſſerentes naturam dei non eſſe tres pſonas· In his intelligentes premiſſis v̄bis hilarij per rem nature perſonam· et nomine nature diuinam naturam· Et iō dicunt hilarium interrogaſſe hereticuꝫ vtrum per ſpm̄ dei putaret ſignificataꝫ eſſe naturaꝫ an rem nature ut ſic oſtenderet diſtinguendum eſſe inter naturaꝫ et rem nature· i· perſonam·

¶ Hic docetur quomodo eis obuiat ipiuſ ſcripture circumſtantia· et hic docetur qualiter predicta intelligi debeant· et q̄ ſpūſſanctus eſt res vnius nature patris et filij et ſpūſſancti eſt ipa natura·

H Oc quidam dicunt non intelligentes pia diligentia ſcripture circumſtantiam qua conſiderata percipi poteſt quomodo p̄miſſa dixerit hilarius· Subſequenter enim in eadem ſerie oſtendit in ſpū dei aliquādo ſignificari patrem· vt cum dicitur ſpūs domini ſuper me· aliquando ſignificari filium ut cum dicit· In ſpū dei eicio demonia nature ſue poteſtate ſe demoneſ eicere demonſtrans aliquando ſpm̄ſanctum ut ibi· Effundam de ſpū meo ſup omnem carneꝫ· Quod dicit conſūmatū

ſuiſſe· cum apoſtoli ſpūſancto miſſo· oībꝫ linguis locuti ſunt· deīde quare hāc diſtinctionem fecerit· et qꝛ in ſuperioribus p verba apoſtoli idem ſpūſſanctus ſignificatus ſit· et qꝛ ipē ſit res vnꝰ nature patris et filij aperte oñdit inquiēs ita· Hec idcirco ſunt demonſtrata· ut q̈cunqꝫ parte heretica falſitas ſe contuliſſet/ ambus veritatis concluderetur· Habitat enim in nobis criſtus quo habitante habitat deus· et cum habitat ī nobis ſpūs xp̄i/ non aliud habitat q̄ ſpiritus dei· qđ ſi per ſpūſſanctum criſtus in nobis intelligitur eſſe· hunc tamē ita ſpiritum dei ut ſpiritum criſti eſſe noſcēdum ē· et cum per naturam dei natura ipā habitat in nobis/ indifferens natura filij creditur eē a patre· cum ſ· ſ· qui ē ſpūs xp̄i et ſpūs dei res nature demonſtretur vnius· Quero nunc ergo quomō non ex natura vnum ſunt/ a patre procedit ſpūs veritatis a filio mittitur et a filio accipit· ſed omnia que habet pater filij ſunt· Idcirco qui ab eo accipit dei ſpūs eſt· et idem ſpūs xp̄c eſt· Res nature filij eſt/ ſed ꝛ eadē res et nature patris eſt/ et dei excitantis xp̄m a mortuis ſpūs eſt· et idem ſpūs xp̄i eſt a mortuis excitati· In aliquo differt xp̄i et dei natura· ne eadem ſit ſi preſtari poteſt vt ſpūs qui dei eſt non ſit et xp̄i· Eſt ergo in nobis ſpūs dei/ et eſt ī nobis ſpūs criſti· et cum ſpūs xp̄i ineſt/ ineſt ſpūs dei· Ita cum quod dei eſt et xp̄i ē· et quod xp̄i eſt dei eſt· non poteſt quid aliud diuerſum xp̄c eē q̄ deus eſt· deꝰ ergo criſtus eſt vnus cum deo ſpūs· ſecundum illud ego et pater vnum ſumuſ· In quo docet veritas vnitatem eē nature/ nō ſolitudinem vnionis· Ecce ſi hec verba diligenter attendas inuenis ſpm̄ſanctū rē nature dici patris et filij· et eundem in dici eſſe naturam dei/ vbi dicitur per naturam dei natura ipā habitat in nobis/ ſi per ſpm̄ſanctum xp̄c eſt in nobis·

¶ Diſcutit predicta verba/ et non ita eſſe diſtinguendū in trinitate ſicut in creatiſ

Itaqꝫ in trinitate non ita diſtiguēdum eſt inter naturam et rem nature/ ſicut in rebus creatis· quia vt ait hilarius comparatio terrenorum ad deum nulla eſt· et ſi qua comparatōnum exempla interdum afferuntur nemo ea eſtimet abſolute in ſe rōnis perfectōnez continere· Non enim humano ſenſu de deo loquendum eſt

in libro queſtionum· lxxxiij· Deus quem
genuit· quia meliorem ſe generare non
potuit· nichil enim deo melius eſt· ge-
nuit equalem· Si enim voluit et non po
tuit infirmus eſt· Si potuit et noluit in
uidus· Ex quo conficitur equalem genu
iſſe filium· Ex ſimili voluit dicere q ſi pt̄
deus rem meliorem facere q̄ facit· inui-
dus eſt / ſed non valet huius ſimilitudis
inductio· quia filium genuit de ſubſtan-
tia ſua· Ideoqꝫ ſi poſſet gignere equa-
lem et non gigneret inuidus eēt· alia vo
que non de ſubſtantia ſua facit meliora
facere poteſt·

¶ Queſtio qua illi artantur

Verum hic ab eis reſponderi
depoſco· cur dicant rem aliquā
ſiue etiam rerum vniuerſitatē
in qua maior conſummatō exp̄ſſa eſt nō
poſſe eē meliorem q̄ eſt ſiue ideo / quia
ſumme bona eſt· ita vt nulla omnino bo
ni perfectio ei deſit· ſiue ideo quia ma-
ius bonum quod ei deeſt capere ipa nō
valet· Sed ſi ita ſumme bona dicitur /
vt nulla ei perfectō boni deſit· iam crea
tura creatori equatur· Si vero ideo nō
poteſt melior eē· quia bonum amplius
quod ei deeſt capere ipa non valet· iam
hocipm non poſſe defectōnis eſt / non cō
ſummatōnis· et pōt eē melior ſi fiat ca
pax melioris boni qd ipe pōt qui eā fe
cit· Poteſt ergo deus meliorem rem fa
cere q̄ faciat· Unde auguſtinus ſup ge-
neſim· Talem potuit deus hominem fe
ciſſe· qui nec peccare poſſet· nec vellet·
et ſi talem feciſſet / quis dubitat eū me-
liorem fuiſſe· Ex predictis conſtat q pt̄

deus et alia facere q̄ faciat. et que facit meliora ea facere q̄ facit

¶ Utrum alio vel meliori modo poſſit facere q̄ facit.

Poſt hec conſiderandū eſt vtrū alio modo vel meliori q̄ facit poſſit ea facere q̄ facit. Si modus operatōnis ad ſapientiam opificis referatur/nec alius nec melior eē poteſt Non enim poteſt facere aliquid aliter vel melius q̄ facit. id eſt alia ſapientia vel maiori ſapientia. Nichil enim ſapiētius poteſt facere q̄ facit. Si vero referatur modus ad rem ipām quam facit deus. dicimus quia et alius et melior poteſt eē modus. Et ſecundum hoc cōcedi poteſt. quia ea que facit poteſt facere melius. et aliter q̄ facit. quia pōt quibuſdam meliorem modum exiſtendi preſtare /et quibuſdam alium. Vnd̄ auguſtinus in tredecimo libro de trinitate dicit. q̄ fuit et alius modus noſtre liberatōnis poſſibilis deo. qui omnia p̄t ſed nullus alius noſtre miſerie ſanande fuit conuenientior. Poteſt ergo deus eorum que facit quedam alio modo meliori. quedam alio modo eque bono. quedam etiam minus bono facere q̄ facit. vt tamen moduſ referatur ad qualitatē creature n̄ ad ſapiam creatoris

¶ Utrum deus ſemper poſſit omne quod olim potuit.

Preterea queri ſolet. vtrum deus ſemper poſſit omne quod olim potuit. Quod quibuſdā n̄ videtur dicentibus. Potuit deus incarnari. et potuit mori. et reſurgere. et alia huiuſmodi que modo non poteſt. Potuit ergo quomō non poteſt. et ita habuit potentiam quam modo non hab3 vnde dicitur eius potentia imminuta. Ad quod dicim9. quia ſicut omnia ſemper ſcit que aliquando ſciuit. et ſemper vult que aliquando voluit. nec vnquā aliquam ſcientiam amittit. vel voluntatem mutat q̄ habuerit. ita omnia ſemper poteſt que aliquando potuit. Nec vnquam aliqua potentia ſua priuatur. Non eſt ergo priuatus potentia incarnandi vel reſurgendi. licet non poſſit modo icarnari uel reſurgere. Sicut em̄ potuit olim incarnari. ita et poteſt mō incarnatus eē. in quo eiuſdem rei potentia monſtratur. Vt em̄ olim ſciuit ſe reſurrecturū et mō ſcit ſe reſurrexiſſe. nec eſt alia ſcientia illud oli ſciuiſſe. et hoc modo ſcire ſed eadem omnino. et ſicut voluit olim reſurgere et modo reſurrexiſſe/in quo vnius rei voluntas exprimit Ita potuit olim naſci et reſurgere. et modo ipſe poteſt natus fuiſſe et reſurrexiſſe. et eſt eiuſdem rei potentia. Si enim poſſet modo naſci et reſurgere non eēt idē poſſe. Verba enim diuerſorum temporum diuerſis prolata temporibus et diuerſis adiuncta aduerbijs eundem faciunt ſenſu. ut modo loquētes dicimus. iſte poteſt legere hodie. cras autem dicimus iſte poteſt legiſſe. vel potuit legere heri vbi vnius rei mōſtratur potentia. Si autem diuerſis tēporibus loquentes eiuſdem temporis v bis et aduerbijs vtamur dicentes. hodie iſte poteſt legere hodie et dicenteſ cras iſte pōt hodie legere. non idē ſed diuerſa dicimus eum poſſe. Fateamur ergo deū ſemper poſſe quidquid ſemel potuit. id eſt habere omnem illam potētiam quam ſemel habuit. et illius omīs rei potentiam cuius ſemel/ſed nō ſemp poſſe facere omne illud quod aliquando potuit facere. poteſt quidem facere aut feciſſe qd̄ aliqñ potuit Similr̄ quoq̄ voluit et vult. id eſt omnem quam habuit voluntatem. et mō habet. et cuiuſcunq3 rei voluntatē habuerit/et modo habet. non tamen vult eē vel fieri omne quod aliquando voluit eē vel fieri. ſed vult fuiſſe vel factum eē. ita et de ſcīa dei dicendum eſt

97

¶ De voluntate dei q̄ eſſentia dei vna ē et eterna. et de ſignis eius. D. xlv

IAm de voluntate dei aliquid pro ſenſus noſtri imbecillitate dicenḋ eſt. Sciendū eſt ergo quia volun-tas ſiue volens de deo ſecundū eſſen-tiam dicitur. Non eſt enim ei aliud velle et aliud eſſe. ſed omnino idem. Et ſicut idem eſt ei eſſe bonum/quod eſſe deum Ita idem eſt ei eſſe volentem/quod eſ-ſe deum. Nam voluntas qua ſemꝑ vo-lens eſt/non affectus vel motus eſt qui in deū cadere non valet. ſed diuina vſia qua volens eſt deus eſt/et huiōi.

¶ Q, licet idem ſit deo velle q̄ eſſe. nō tn̄ poteſt dici deus eſſe oīa que vult.

ET licet idem ſit deo velle quod eē. non tamen dicendum eſt de um eē oīa que vult. Quod qui-dam de dei voluntate non recte ſentien tes/nobis obijciunt dicentes. Si idem eſt deo velle quod eſſe. ergo cum dici-mus deum velle omnia que facit. dici-mus eum eē omnia que facit. alioqui nō illud ibi verbo idem ſignificatur. quod ſignificatur hoc verbo eſſe cum de deo dicitur. Et ſi ita eſt non ſemper dicitur de deo velle ſecundum eſſentiā. Si ve ro ſecundum eſſentiam non dicitur ali-quando. quomodo ergo dicitur de dō Relatiue enim nunquā dicitur. Ad qḋ dicimus. quia licet idem penitus ſit dō velle qḋ eē. non tamē poteſt dici eē oīa que vult. ſicut idem eſt deo eē qḋ ſcire nec tamen ſicut dicitur ſcire omnia. ita quoq; pōt dici eē omnia.

¶ Quis ſit ſenſus horum verborum/ deus ſcit vel deus n̄ vult. Item deus ſcit om nia vel vult aliquid. ꝛ quod de deo pre dicatur de his ꝑdicetur.

ET vbicunq; deus dicit̄ ſcire vel ſciens. vel velle vel volens. hec de eo ſecundum eſſentiam dicuntur. cū enim dicitur deus ſcit/ uel deus vult. ſi ue deus eſt ſciens vel volens eſſentia di uina predicatur. et deus eē enunciatur Cum autem additur omnia vel aliquid vel aliqua. et dicitur deꝰ ſcit omnia vel vult aliquid vel aliqua. eſſentia quidē diuina predicatur. non ſimpliciter ꝛ ab ſolute/ſed ita ut ſcientie que ipē eſt om nia ſubiecta monſtrentur/ꝛ uoluntati q̄ ipā eadem eſt aliquid vel aliqua ſubie-cta dicant̄. ut talis fiat ſenſus. deus ſcit omnia. id eſt deus eſt cuiꝰ ſcientie que ipīus eſſentia eſt omia ſubiecta ſunt. Si militer deus vult hec vel illa. id eſt de-us eſt cuiuſ uoluntati que ipſe eſt hec ſi ue illa ſubiecta ſunt. Volēs gͦ ſiue velle dicitur deus ſecundum eſſentiam. cuiꝰ uoluntas eſſentia eſt ſempiterna et im-mutabiliſ licet ea varientur et tranſeāt que ei ſubiecta ſunt/que nō poteſt eē iu ſta vel mala. quia deus eſt.

¶ Q, dei voluntas ſumme bona cauſa eſt omnium que naturaliter ſunt. cuius cā non eſt querenda. quia nullam habet cū ſit eterna.

HEc itaq; ſumme bona voluntaſ cauſa eſt omnium que naturali ter fiunt vel facta ſiue fut̄a ſūt que nulla preuenta eſt cauſa. quia eter-na eſt. Jōq; cā ipīus querenda nō ē.

¶ Hic dicit quare cauſa eius querēda n̄ ē

QVi enim eius cauſam querit ali quid maius ea querit/cū nichil ea maius ſit. Vnde auguſtinuſ in libro. lxxxv. queſtionum. Qui querit q̄ re voluerit deus mundum facere. cauſā querit voluntatis dei. Omnis autem cā efficiens maior ē eo qḋ efficitur. Nichil autem maiuſ ē voluntati dei. Non ergo eius cauſa querenda eſt. Idem in libro contra manicheos. Si qui dixerit quid placuit deo facere celum et terram.

Reſpondendum eſt eiſ· qui voluntatem
dei noſſe deſiderant cauſas et volunta-
tem dei ſcire querunt q volūtas dei
omnium que ſunt ipa ſit cauſa · Si enī
habet cām voluntas eſt aliquid quod
antecedat voluntatem dei que nephas
eſt credere · Qui ergo dicit quare fecit
deus celum et terram · reſpondendum
eſt illi quia voluit · voluntas enim dei
cauſa eſt celi et terre· et ideo maior eſt
voluntas dei q̄ celum et terra· Qui au
tem dicit quare voluit facere celum et
terram· maius aliquid querit q̄ ē volun
tas dei· nichil autem maius inueniri pt
Compeſcat ſe ergo humana temeritas
et id quod non eſt non querat· ne id qd
eſt non inueniat· Ecce his autoritatibꝰ
aperte inſinuatur q volūtatis dei cau-
ſa nulla eſt· et iō querēda non ē ·

Q volūtas dei prima et ſumma cau-
ſa eſt omnium ·

Voluntas ergo dei ut ait augu-
ſtinꝰ in 3° libro de trinitate pri-
ma et ſumma cauſa eſt omnium·
ſpecierum atq motōnum · Nichil enim
fit quod non de interiori atq intelligi-
bili aula ſummi imperatoris egrediat
ſecundum ineffabilē iuſticiam· Ubi enī
non operatur quod vult dei omnipotē-
tis ſapientia que pertēdit a fine vſq ad
finem fortiter et diſponit omnia ſuauit
et non ſolum facit ea que perſeuerantia
conſuetudinis admiratōnē non admit
tunt· ſed etiam ea que propter raritatē
et inſolitum euentum mira videntur vt
ſunt defectus luminarium et terremotꝰ
et monſtruoſi animantium partꝰ et his
ſimilia quorum nichil fit ſine voluntate
dei· ſed pleriſq nō apparz · Ideoq pla
cuit vanitati philoſophorum etiā cau-
ſis alijs ea tribuere cum omnino vide-
re non poſſint/ſuperiorem ceteriſ omni
buſ cauſam id ē voluntatem dei· Itaq
non niſi dei voluntas cauſa prima eſt ſa
nitatis egritudinis premiorum atq pe-
narum gratiarum et retributōnū· Hec
ergo ſola eſt vnde ortum eſt quidquid
eſt et ipa non eſt orta ſed eterna ·

Quibus modis accipit dei uoluntas·

Hic non eſt pretereundum no-
bis q ſacra ſcriptura de volun
tate dei varijs modis loqui cō
ſueuit· et tamen non eſt dei voluntaſ di
uerſa· ſed locutio diuerſa eſt de volun-
tate dei · quia nomine voluntatis diuer
ſa accipit· Nam voluntas dei vere ac p
prie dicitur que in ipō eſt· et ipius eſſen
tia eſt· et hec vna eſt· nec multiplicitatē
recipit·· nec mutabilitatem que inexple
ta eē ñ poteſt· de qua pheta ait · Omia
quecūq voluit dominus fecit· Et apo-
ſtolus voluntati eius quis reſiſtet · Et
alibi· Ut probetis q ue ſit voluntas dei
bona et beneplacens et pfecta · Et hec
voluntas recte appellatur beneplacitū
dei ſiue diſpoſitō ·

Q ſecundum figuram dicitur voluntaſ
dei preceptio/prohibitō/conſilium/per
miſſio/operatō· et ideo pluraliter dicit
ſcriptura voluntates·

Aliquando vero ſm quādā figu
ram dicendi uoluntas dei vo-
catur que ſcdum ꝓpꝛietatem non
eſt voluntas eius· vt pceptio/prohibitō
conſilium/· necnon permiſſio et opatio
Ideoq pluraliter aliquando ſcriptura
voluntates dei pronunciat· Unde pphe
ta· Magna opera domini exquiſita in
omnes voluntates eius· cum non ſit ni-
ſi vna volūtaſ dei que ipe eſt· pluraliter
tamen dicit voluntates· quia uoluntas
dei varijs modis ac p diuerſis accipit·
ut dictum eſt · Ita etiam idem pheta
pter multos effectus miſericordie et iu
ſticie pluralit dicit· Miſericordias dñi
in eternū cantabo· Et alibi· Iuſtice dñi
recte letificantes corda /cum tamen in
deo vna ſit miſericordia · vna iuſticia ·

et vna eadq; ſit miſericordia q̄ iuſticia·
ſcilicet diuina vſia·

**Quare preceptio et prohibitio et conſi
lium dicantur dei uolūtas·**

Ideo autem preceptio et prohibitō at
q; conſilium cum ſint tria· dicitur tñ
unumquodq; eorum dei uoluntas· q;
iſta ſunt ſigna diuine uoluntatis quem
admodū et ſigna ire dicuntur ira· et dile
ctōis ſigna dilectō appellantur· et dr̄
iratus dn̄s· et tamen non eſt ira ī eo ali
qua· ſed ſigna tantum que foris fiunt·
quibus iratus oſtenditur· ira ipſius noia
tur· et eſt figura dicendi/ ſecundū quam
non eſt falſum qd̄ dr̄ · ſed uerum quod
dicitur ſub tropi nubilo obumbraē· Et
ſecundū hos tropos diuerſe uoluntates
dī dicuntur· quia diuerſa ſunt illa q̄ per
tropum uolūtas dei dicuntur·

**Vbi uolūtas dei pro precepto et conſi
lio accipiatur·**

PRo precepto dī atq; conſilio
poteſt accipi uoluntas · ut ibi
Fiat uolūtas tua ſicut in celo ⁊
in terra· Et alibi· Qui facit uolū tatem
patris mei qui in celo eſt· ipſe frater me
us et ſoror et mater eſt · Et contra hāc
voluntatem multa fiunt· Vnde auguſti
nus in libro de ſpū ⁊ litera· Infideles in
quit contra voluntatem dei faciunt· cū
eius euangelio non credunt·

**Q; deus n̄ vult ab hominibus fieri om
nia que precipit· vel non fieri q̄ ꝓhibet·**

ET ſi illa tria dicuntur dei volū
tas ideo quia ſigna ſunt diuine
voluntatis· non eſt tamen intel
ligendum deū omne illud fieri vel le qd̄
cuicūq; precepit/ vel non fieri quod ꝓ
hibuit· Precepit enim abrahe immola
re filium· nec tamen voluit· nec ideo pre
cepit ut id fieret· ſed ut abrahe probare
tur fides· Et in euangelio precepit ſana
to ne cui diceret· ille autē p̄dicauit vbi
q;/ intelligens deum non ideo ꝓhibuiſ
ſe/ quin vellet opus ſuum predicari· ſed
vt daret formam homini laudem huma
nam declinandi·

**De pmiſſione et operatōne vbi dican
tur dei voluntas·**

PErmiſſio quoq; dei et opatio
voluntas dei appellātur/ qualiē
accipit auguſti· in encheridion
dicens· Non fit aliquid niſi omnipotēs
fieri velit· vel ſinendo vt fiat/ vel ipſe fa
ciendo· Nec dubitandum eſt deum fa
cere bene· etiam ſinendo fieri quecunq;
fiunt male· nō enī hoc niſi iuſto iudicio
ſinit· ⁊ profecto bonum eſt omne quod
iuſtum eſt· Ecce manifeſte hic habem9
dei voluntatem appellari ipſius opatōes
vel permiſſionem cum dicit non fieri
aliquid niſi omnipotens fieri velit · vbi
includit et bona et mala omnia que fi
unt · Ideoq; aperte diſtingnit quomo
do deum velle dixerit· ne eadem rōne in
telligeretur velle bona et mala ſubdenſ
vel ſinendo ut fiat· hoc quantū ad ma
la dicit· vel ipſe faciendo· hoc quantum
ad bona· Mala enim ſinit fieri· ſed non
facit · bona vero ipſe facit· Ideoq; dixit
eum velle/ quia et volens mala ſinit · et
volens bona operatur· et ob hoc pmiſ
ſio et operatō volūtas dei dicuntur

**Quinq; ſupra ſunt ꝯpoſita que dicuntur
ſecundum tropū· et ideo diſtinguat le
ctor vbiq; / pro quo eorum accipiatur
voluntas ·**

OMniq; ergo ſupra poſita ſunt q̄
dicuntur ſecundū tropum dei
voluntas· quia ſigna ſunt diuine
voluntatis que vna eſt et immutabilis
· ſ· dei beneplacitum· Ideoq; diligenter
diſtinguat lector vbi de voluntate dei
ſcriptura commemorat iuxta quē mo

accipi oporteat vtrū. ſ. pro beneplacito dei. an pro aliquo ſignorum eius. Ma gna em̄ eſt adhibenda diſcretio in cog tione diuine volūtatis. quia et benepla citum dei eſt voluntas eius. et ſignū be neplacitum eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum ē. ſig num vero beneplacitum eius non. Et cō ſonat rerū affectibus beneplacitū ipſius et ipſi effectus rerum ab illo non diſcor dāt. Fit em̄ omne qđ beneplacito vult fieri et omne qđ vult non fieri. nequaq̄ ſit. Non ita autem eſt de ſignis quia p̄ cepit deus multis ea que non faciunt. et p̄hibet que non cauent. et conſulit que non implent.

Illi ſententie qua dictum eſt dei volun tatem non poſſe caſſari que ipſe eſt que dam videntur obuiare. xc · xc

Hic oritur queſtio. dictum ē em̄ in ſuperiorib⁹ et auctoritatib⁹ cōmunitum q̄ȝ volūtas dei que ipſe eſt vocaturq̄ȝ beneplacitum ei⁹ caſ ſari non poteſt. quia illa voluntate fecit quecūq̄ȝ voluit in celo et in terra. cui te ſte apoſtolo nichil reſiſtit. Queritur ergo quomodo accipiēdum ſit qđ apoſto lus de domino ait. qui vult om̄es homi nes ſaluos fieri. cum enim nō om̄s ſalui fiant ſed plures damnentur. videt̄ vtiq̄ȝ non fieri qđ de⁹ vult fieri humana. ſ. uo luntate impediente voluntatem dei. dn̄s quoq̄ȝ in euangelio impiam ciuitatē cō pellans. quotiens inquit uolui congre gare filios tuos ſicut gallia cōgregat pullos ſuos ſub alis et noluiſti. Ita hec dicuntur. tāq̄ȝ dei uoluntas ſupata ſit hominum uolūtate. et infirmiſſimis no lendo impedientibus non potuerit face re potētiſſimus qđ volebat. Vbi ergo eſt illa omnipotentia q̄ in celo et in ter ra. ſcđm p̄phetam omnia quecūq̄ȝ uoluit fecit. et quomodo voluntati eius ſcđm apoſtolum nichil reſiſtit ſi colligere fi lios hieruſalem uoluit et nō fecit. Hec enim predictis plurimū obuiare vident̄

Solutio quomodo intelligēdum ſit il lud volui cōgregare et noluiſti.

Sed audiamus ſolutionem. Ac primum quomodo accipiendū ſit illud qđ dominus ait. videa mus Non enim ex eo ſenſu illud dictum eſt ut ait aug. in encheri. predictam que ſtionem ſoluens. quaſi dominus volue rit agregare filios hieruſalē. et non ſit factum qđ uoluit. quia ipſa noluerit ſed potius ipſa quidem filios ſuos ab ipſo colligi voluit. qua tamē nolente. filios eius collegit ipſe om̄s quos voluit. quia in celo et in terra non quedam uoluit et fecit. quedam vero uoluit et non fecit. ſed omnia quecunq̄ȝ voluit fecit. ut ſit ſenſus. Quotiens uolui congregare fi lios tuos. et noluiſti. id eſt quotquot cōgregaui mea volūtate ſemper efficaci te nolente feci. Ecce in euidenti poſitū eſt q̄ȝ illa domini verba non repugnant

Quomodo intelligendum ſit illud qui vult omnes homines ſaluos fieri.

Nunc videndum reſtat. quomō etiā p̄miſſa verba apoſtoli pre dictis non contradicant qui de deo loquens ait. vult om̄s homines ſal uos fieri Quorum occaſione verborum multi a veritate deuiauerūt dicētes de um multa velle fieri que non fiunt. ſed ñ eſt intelligendum. ea ratione illud eſſe dictum quaſi deus velit aliquos ſaluari et non ſaluentur. Quis enim tam impie deſipiat. ut dicat deum malas hominū voluntates quas voluerit et quando uo luerit et vbi voluerit in bonum nō poſſe conuertere. Non eſt vtiq̄ȝ verum qđ in ipſo dicit̄ quecūq̄ȝ uoluit fecit. ſi aliqua voluit. et non fecit. et qđ eſt indignius ideo non fecit. quoniā ne fieret qđ nole bat omnipotens. voluntas hominis im pediuit. Ideoq̄ȝ cū audim⁹ et in ſacris

literis legimus q͡ꝫ velit omēs homines ſaluos fieri · non tamen ideo debem⁹ ōi potentiſſime dei voluntati aliquid derogare/ſed ita intelligere quod ſcriptū eſt · Vult omnes hoīes ſaluos fieri tanq͡ꝫ diceretur nullum hominem fieri ſaluū · niſi quē fieri ipſe voluerit · nō q͡ꝫ nullus ſit hominū niſi quē ſaluum fieri velit · ſed q͡ꝫ nullus fiat ſaluus niſi quē velit ſaluari · ⁊ ideo rogandus eſt ut velit · qꝛ neceſſe eſt fieri/ſi voluerit · Non eſt em̄ credendus omnipotens aliquid uoluiſſe fieri quod factum non ſit · Sic etiam intelligitur illud · Illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū · nō qꝛ nullus hominū eſt qui ñ illuminetur · ſꝫ quia niſi ab ipo nullus illuminať · Pōt ⁊ alio mō illud intelligi/dū tamē credere non cogamur omipotentem aliquid fieri voluiſſe/factūqꝫ non eē · qui ſine illis ābiguitatibus ſi in celo et in terra · ſicut veritas cantat · omnia quecūqꝫ voluit fecit · Profecto facere non uoluit quodcūqꝫ non fecit · Ex hiſ aperte oſtēdiť q͡ꝫ deus ea voluntate que ipē eſt non vult aliquid fieri quod non fiat · neqꝫ ñ fieri qđ fiat ·

## Utꝛ͡ꝫ mala dei voluntate fiant · an eo volente ·

Ideoqꝫ cum conſtet omnia bona q̄ fiūt eē fieri voluntate q̄ ſi fieri nollet/nullatenus fierent · recte queri ſolet vtrum et mala omnia que fiunt · i · peccata dei fiant volūtate · an nolente eo fiant · Super hoc diuerſi varia ſentientes ſibi contradicere inueniuntur · Alij em̄ dicunt q͡ꝫ deus vult mala eē vel fieri/non tñ vult mala · Alij vero/ q͡ꝫ nec vult mala eē nec fieri · in hoc tamē cōueniunt et hij et illi/ q͡ꝫ vtriqꝫ fatentur deum mala non velle · Utriqꝫ vero rōnib⁹ et autoꝛitatibus innituntur ad inueniendā ſuā aſſertōnem ·

## Quare dicūt qdam deum velle mala eſſe vel fieri ·

Qui em̄ dicūt deū mala velle eē vel fieri/ſuam his in omnes muniunt intentōnē · Si enim inquiunt mala non eē uel non fieri uellꝫ nullo modo eſſent uel fierent · quia ſi vult ea ñ eſſe uel non fieri/⁊ nō pōt id efficere/ſꝫ ut non ſint vel nō fiant · uoluntati ei⁹ et potentie aliquid reſiſtit · et non eſt omipotens/qꝛ nō p̄t omne qđ vult/ ſed impotens eſt ſicuti et nos ſumus qui quod volumus quādoqꝫ non valem⁹ · ſed quia oīpotens ē et in nullo impotens/certuꝫ eſt non poſſe fieri mala uel eē niſi eo volente/qūo uel inuito eo et nolente poſſꝫ ab aliquo malum fieri / cum ſcriptuꝫ ſit voluntati eius quis reſiſtet? Supꝛa etiam dixit auguſtinus · quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit · Sꝫ vult mala fieri · aut non fieri · Si vult nō fieri /mala nō fiunt/ſiunt aūt · vult g° fieri · Itē bonū eſt mala eē vel fieri · alioquin ſumme bonus non permitteret ea fieri · Unde auguſtinus ī encheridion · Quāuis ea inquit que mala ſunt/ inquātū mala ſunt/nō ſunt bōa · tamē ut nō ſolū bona ſꝫ etiā ſint et mala · bonū ē · Nā niſi eēt hoc bonū/ut eēnt et mala/nullo mō eē ſinerenť ab oīpotēti bono · cui pꝛoculdubio q͡ꝫ facile eſt q͡ꝫ vult facere tam facile ē qđ nō vult eſſe non ſinere · hec niſi credamus periclitatur nr̄a cōfeſſio qua nos in patꝛem omnipotentem credere ꝯfitemur · Ecce hic aperte habes q͡ꝫ bonum eſt mala eē · omnis aūt boni de⁹ auctoꝛ eſt qui vult omne bonū eē qđ ē · cū ergo bonum ſit mala fieri vel eē · et mala vult fieri uel eſſe · His atqꝫ alijs huiōi rōnibus et autoꝛitatibus vtuntur qui dicūt deū uelle mala eē vel fieri ·

## Hic ponit rōnes illorum qui dicunt dei voluntate non fieri mala uel eē

Illi uero qui dicunt dei uoluntate mala non fieri uel non eē inductionibus p̄miſſis ita reſpondent · dicentes deū nec uelle mala fieri · nec uelle

non fieri uel nolle fieri· ſ; tamē non uelle fieri· Si enim uellet ea fieri/uel eē/faceret utiq; ea fieri uel eſſe· Et ita eſſet auctoꝛ malorum· non eſt aūt auctoꝛ malorū· ut ſanctoꝝ ꝓteſtanť autoritateſ· Nō g° eius uolūtate fiunt mala. Item ſi nollet mala fieri· vel vellet non fieri· et tñ fierent· oīpotens non eſſet· cum eꝰ voluntas humane uoluntatis effectu ꝑpediretur· Idoq; nō concedunt deū velle mala fieri· ne malorum auctoꝛ intelligatur· nec concedunt eum velle mala ñ fieri/vel nolle fieri· ne impotēs eē videatur· ſed tantum dicunt eū non uelle mala fieri ut non auctoꝛ· ſed permiſſoꝛ malorum monſtretur· Unde et euangeliſta ubi oſtendit deum auctorē eē omnium bonoꝝ· di· Omia per ip̄m facta ſunt Conſequēter malorū auctorē eē negat dicens· et ſine ip̄o factum eſt nichil· id ē peccatū· Non dixit per eum factum eſſe vel eo nolente et inuito· ſed tantu; ſine eo· i· ſine eius volūtate· quia ñ eiꝰ volūtate ſit peccatū· g° nō deo volente vel nolente· ſed ñ volēte fiūt mala· Quia ñ ſubeſt dei voluntati ut malū fiat vel nō fiat· ſed ut fieri ſinat· quia bonū eſt ſinere mala fieri et vtiq; volens ſinit nō uolens mala ſed volens ſinere ut ip̄a fiant Quia nec mala ſunt bona· nec ea fieri· vel eſſe bonum eſt·

## Quomō intelligendum ſit illud auguſtini mala fieri bonū eſt·

Quod vero auguſtinus ait· Mala fieri bonum eſt · nec ſinerent mala ab omnipotenti bono fieri/niſi hoc eſſet bonu; ut ea eſſent ea rōne dictum eē aſſerunt· quia ex malis q̄ fiunt deus bona elicit· nec ip̄e ꝑmitteret ea fieri niſi de eis bene aliquid faceret· Unde auguſtinuſ in eodem libro ench· aperte indicās ꝑdictorum verborum talem eē intelligētiam ait· Deus omnipotens cui rerum ē ſumma poteſtas · cum ſumme bonuſ ſit· nullo mō ſineret aliq̄d mali eſſe in opibus ſuis niſi uſq; adeo eſſet omnipotens et bonus· ut benefaceret etiam de malo· Item in eodem· Melius iudicauit deus de malis bona facere q̄ mala nulla permittere · Ex hoc ita q; ſenſu dictum eſt ac verum eſt bonu; eſt mala fieri· quia ex malis que fiūt bonis qui ſecundum ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti · accedit bonitas· i· vtilitas· Talibus enim ut ait apoſtolus in bonu; cooperantur oia etiam mala/quia eis proſunt que alijs facientibus obſunt · Unō ec̄ aliqñ in ſcriptura legitur malum appellari bonum vt hieronimꝰ ſuper marcum· Malum inquit iude bonum fuit· ſ· nobis· nec ſi bonum eſt illi vel illi/inde ſequitur q̄ ſimpliciter bonum ſit· ꝓprie enim ac ſimpliciter bonum eſt quod in ſe et facienti bonum eſt·

## Quadriptita boni acceptio·

Eſt enim aliq̄d quod in ſe bonu; eſt et cui fit/ſed non eſt bonum facienti· ut cu; ſubuenitur pauperi /ſed non ꝓpter deum· et aliquid bonum in ſe et facienti/ſed nō ei cui fit · vt cum veritas ꝓpter deum alicui nō obedienti ꝑdicatur · et aliquid in ſe et facienti/ſed non ei cui fit bonum ut cum predicatur ꝓpter deum credēti· Unde apoſtolus bonus odoꝛ ſumꝰ deo· alijſ odoꝛ vite· alijs odoꝛ mortis· Eſt autē aliud quod nec in ſe bonum eſt· et facienti nocet et damnat niſi peniteat ut malū/ualet tamē ad aliquid· Ut enim ait auguſtinus in encheridion a ſumme ⁊ equaliter et immutabiliter bōa trinitate creata ſunt omnia· nec ſumme/nec equaliter nec immutabiliter bona · ſed tamē bōa etiam ſingula· Simul vero vniuerſa valde bona· Quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulcritudo in q̄ etiam illud quod malum dicitur bene oꝛdinatum et loco ſuo poſitū/eminentius commendat bona ut magis placeant ⁊ laudabilioꝛa ſint dū ꝯpanť malis·

¶ Q̄ mala vniuerſitati valent et facientibus ſua ꝓpria uel patientibus aliena ·

H Inc patet q̄ ex malis que fiūt aliquid boni prouenit dum bona magis placent / et laudabiliora exiſtunt · Ipſis etiam facientibus ex malis que faciunt / interdum bona proueniunt · ſi ſecundū ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti · Talibus em̄ ut ait auguſtinus in libro de correptōe et gratia · Vſqꝫ adeo deus omnia coopatur in bonum / ut ſiq̄ horum deuiant et exorbitāt etiam hoc ipſm / eis faciat ꝓficere in bonum · quia humiliores redeunt atqꝫ doctiores / vt petrus · Illa etiam mala que ab iniquis fideles pie perferunt · vt ait auguſtinuſ in libro de trinitate · ipſis vtiqꝫ proſunt · vel ad demenda peccata · vel ad exercendam ꝓbandamqꝫ iuſticiam · vel ad demōſtrandam huius vite miſeriam · Iō qꝫ et iob dei manum · et apoſtolꝰ ſathane ſtimulum ſenſit · et vterqꝫ bene profecit · quia malum bene portauit ·

¶ Ex predictis concludit oſtendenſ eē bonū fieri mala multis modis ·

S Iquis ergo diligenter attendat que ſcripta ſunt · facile ē ei percipere ex malis bona prouenire · et ex ea rōne dictum eē q̄ bonum eſt mala fieri vel eſſe · non quia malum ſit bonum · uel quia bonum ſit maluꝫ fieri · Nō eſt em̄ bonū malū fieri ab aliquo quia non eſt bonū ut aliquis faciat malum · Si enim hoc eēt bonum · profecto huius deus auctor eēt · qui ē auctor oīs boni · Q̄ ſi huius deus auctor eſt eo ergo auctore homo agit mala · et ita eo auctore homo fit deterior · tunc eo volente homo fit deterior · Idem eſt enim dicere · aliquid fieri deo auctore · quod deo volente · Deo aūt auctore nō fit hō deterior · ergo niſi deo volēte · vt ait auguſtinus in libro · lxxxv · queſtionum aperte aſtruit a minori dicens ita · Nullo ſapiente homine auctore fit homo deterior · Tanta em̄ eſt iſta culpa que in ſapientem hominem cadere nequit · Eſt autē deus omni homine ſapiente preſtantior · Multo minus ergo deo auctore fit hō deterior · Multo em̄ eſt preſtantior dei voluntas q̄ hominis ſapientis · Illo autem auctore cum dicitur · illo volēte dr̄ · ergo eſt vitium voluntatis quo eſt homo deterior / quod vitium ſi longe eſt a dei voluntate ut ratio docꝫ a quo ſit q̄rendū eſt · Ecce aperte dicit auguſtinꝰ deo auctore uel volente hominem non fieri deteriorem / ſed vitio volūtatis ſue · Nō eſt ergo deo auctore q̄ malū ſit ab aliquo · et ita deo volēte mala n̄ fiunt ·

¶ Q̄ in deo non eſt cauſa ut ſit homo deterior

D Einde idem auguſtinus querens que ſit cauſa ut homo ſit deterior · in deo non eē aſſerit · in eodem libro ſic dicens · vt ſit homo deterior · aut in ipſo eſt · aut in alio · aut in nichilo · Si in nichilo nulla cauſa eſt · Si in alio · aut in deo / aut in aliquo quolibet homine · aut in eo qui neqꝫ deus / neqꝫ homo ſit · ſed non in deo · Bonorū enim deus tantum cauſa eſt · ergo aut in homine eſt · aut in eo qui neqꝫ deꝰ · nec hō aut in nichilo · Ex his aperte oſtendit / q̄ non eſt bonum ut ſit homo deterior · quia non eſt deus eius rei cauſa · qui tantum cauſa bonorum eſt · et ſi non eſt bonum ut homo fiat deterior · non eſt ergo bonum vt ab eo fiat maluꝫ · nō ergo vult deus ut ab eo fiat malum ·

¶ Aliter ꝓbatur q̄ deo auctore n̄ fiūt mala

I Tem etiam aliter oſtēditur · q̄ deo auctore id eſt volente / non fiunt mala · quia ipſe non eſt cauſa tendendi ad non eē · Tendere enim ad nō eſſe / malum eſt · Ipſe autem mali auctor non eſt · Tendit vero ad non eē qui operatur malum · non ergo deo auctore eſt q̄

aliquis operatur malum. Non ē g° bonū q aliquis opatur malum. quia tm̄ boni deus auctor eſt. Hoc aūt aug. i eodem libro apte explicat ita dicēſ. qui omniū q̄ ſunt auctor eſt et ad cuius bonitatem id ptinz ut ſic oīe qd ē boni tm̄modo cauſa eſt. Quocirca mali auctor non ē. et ideo ipe ſummum bonum eſt a quo i nullo deficere/bonum eſt/et malum eſt deficere. Non eſt ergo cauſa deficiendi id eſt tendendi ad non eē. qui ut ita dicam eſſendi cauſa eſt. quia oim que ſunt auctor eſt que inquantū ſunt bona ſunt Ecce aperte habes q deficere a deo q̄ ſummum eſt bonū/malū ē. Mala g° facere malum eſt. non ergo deo auctore vel nolente mala ſunt.

**Obiectō quorundam ſophiſtica qua pbare intunt ex deo eſſe q mala fiant**

Iam ſufficienter oſtenſuz eſt / q dō auctore non fiunt mala. quidaz tn̄ ſophiſtice incedentes. et ideo deo odibiles probare conantur ex deo auctore eſſe. q mala fiunt/hoc mō. q mala fiunt/verum eſt. omne autem veruz qd ē a veritate eſt qui deus ē. A deo ergo ē q mala fiunt. Q autem omne verum a deo ſit confirmant autoritate auguſtini in libro. lxxxv. queſtionuz ita dicēs Omne verum a veritate verum eſt. ē autem veritas deus. Deum ergo hab3 auctorem omne verum. Eſt aūt verum q mala fiunt vel ſunt. deo ergo auctore ē q ſunt vel fiunt mala.

**Reſponſio ubi concedit omne veruz eē a deo. et ſophiſma aperit**

Quibus facile eſt nobis reſpondere. ſed idignum reſponſione videtur qd dicunt. Omne nāq verum a deo eſt ut ait auguſtinus. cui conſonat ambroſius. qui tractans illud verbum apoſtoli. Nemo poteſt dicere dominus ieſus. niſi in ſpūſancto. dicit 1 cor 12

q omne verum a quocūq dr a ſpū ſancto eſt. Cū itaq verum ſit q mala fiūt hoc verum quod dicitur illa locutōe. ſ. mala fiunt a deo eſt. ſed non inde ſequitur q a deo ſit ut mala fiant. Si ei hoc diceretur auctor malorum deus eē intelligeretur/quod ex ſimili manifeſte falſum oſtenditur. Deus prohibet furtum fieri. ſed furtuz fieri verum eſt ergo prohibet verum. nō ſequitur

**Partem queſtionis approbat illoruz q̄ dicunt deū nō velle mala fieri.**

Hoc ergo et alia huiōi inania relinquentes/ premiſſe queſtiois parti ſanior fauentes que ſanctoruz teſtimonijs plenius approbatur. dicamus deum non velle mala fieri. nec tn̄ velle non fieri. neq nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri/fit. et omne qd vult non fieri/nō fit. Fiunt autē multa que nō vult fieri ut oia mala.

**Q voluntas dei ſemper impletur d homine quocūq ſe vertat.** XXI

Voluntas quippe dei ſemper efficax ē/ut fiat omne quod velit et nichil fiat quod nolit qui de homie ſemper impletur quocūq ſe vertat. Nichil enim ut ait auguſtinus in libero arbitrio conſtitutum ſuperat volūtatem dei. et ſi faciat contra eius volūtatem. tamen contra eius voluntatem que ipe ē. nichil putanduz eſt ita fieri tā q uelit fieri et non fiat/vel nolit fieri et fiat. Illa enim voluntas ut ait auguſtinus i encheridion ſemper impletur. aut de nobis. aut a nobis. de nobis implet ſed tamen nō implemus eaz quādo peccamus. A nobis impletur/quando bonum facimus. Ideo enim facimus. quia ſcimus placere deo. Ita et de homine ſemper deus ſuam implet voluntatem. quia nichil facit homo de quo deus nō operetur quod vult. Nō eīn vult deus

ut peccet hō quilibꝫ· Si aūt peccauerit
penitēti vult pcere vt viuat· In pecca=
tis vero pſeuerantem punire ut iuſticie
potentiam contumax non euadat· Sic
alios ab etno pparauit ad penā alios p
parauit ad gloriam· et hec ſunt magna
opera domini exquiſita in omnes volun
tates eius· Et tam ſapienter exquiſita
non cum angelica et humana creatura
peccaſſet· i· non qđ ille· ſed qđ voluit ip
ſa feciſſet· etiam per eandem creature
voluntatem qua factum ē· q creator n̄
voluit impleꝛ ipſe qđ voluit· bene vtēſ
etiam malis tanquā ſumme bonus· Ad
eorum damnationem quos iuſte prede=
ſtinauit ad penam· et ad eorum ſalutem
quos benigne pdeſtiauit ad graciā· quā
tū em̄ ad ipſos accipiet qđ deus noluit
fecerunt· Quantum vero ad omnipotē=
tiam dei· nullo modo id facere valuer̄t
Hoc quippe ipſo· q contra eius volun=
tatem fecerunt de ipſa facta eſt volun=
tas eius· Preterea nāqꝫ magna domini
ſunt opera exquiſita in omnes volunta=
tes eius· vt miro et ineffabili modo nō
fiat preter eius volūtatem· qđ etiam fit
contra eius volūtatem quia non fieret·
ſi non fineret· nec vtiqꝫ nolens ſinit· ſed
uolens· nec fineret bonꝰ fieri male· niſi
omnipotēs et de malo poſſet facere be
ne· His verbis euidenter monſtratur q
voluntas dei eterna· ſemper impletur d
homine· etiā ſi faciat hō contra dei vo=
luntatem· ſed attēdēdum eſt diligenter
quomodo i ſuperioribꝰ dicitur fieri ali=
quid contra dei voluntateꝫ/ qđ tamen n̄
fit pter eam· et qualiter intelligendum
ſit illud· quantum ad ſe fecerunt· qđ ds
noluit· quātum vero ad omnipotētiam
dei· nullo modo id facere valuerūt· Vi=
dētur em̄ iſta ſuperioribus obuiare vbi
dictum ē voluntati eiꝰ nihil reſiſtere

Hic apit diuerſis modꝭ ſupra accipi vo=
luntatem dei dicens·

Verum ut ſupra diximus volun=
tas dei diuerſis modis accipit
que diuerſitas in predictis ver=
bis ſi diligenter notetur· nichil ibi con=
tradictōis reperietur· Vbi em̄ dicit nō
fieri pter eiuſ voluntatem· etiā quod fit
contra eius voluntatem/ diſſimiliter ac
cepit voluntatem· ⁊ nō ipam voluntatē
que deus eſt et ſempiterna ē· ſed eiꝰ ſi=
gna predictis verbis intelligi voluit· i·
prohibitōnem ſiue preceptōnem et per
miſſionem· Multa enim fiunt contra di
preceptum vel prohibitōnem que tamē
non fiunt preter eius permiſſionem· Ip
ſiuſ nanqꝫ permiſſione omnia fiunt ma=
la/ que tamen preter eiꝰ voluntatē ſem=
piternam fiunt· Sicut auguſtinus dicit
ſuper illum locum pſalmi· ut nō loquat
os meum opera hominum· Opera enim
hominum dicit ea que preter dei volun
tatem fiunt/ que ipe eſt · ſed non preter
eius permiſſionē que ipe non eſt· Appel
latur tamen ipa dei voluntas· quia deꝰ
uolens ſinit mala fieri · Fiunt et contra
eius preceptōnem vel prohibitōnem· ſꝫ
non contra eius voluntatem que ipe eſt
niſi dicantur contra eam fieri/ quia pre
ter eam fiunt· Contra eam quippe nihil
ita fit/ ut velit fieri quod nō fiat · vel no
lit fieri et fiat · quod euidenter ibi aug·
notauit ubi ait· Quantum ad ipos atti
net quod deus noluit fecerunt · quantū
vero ad omipotentiam dei/ nullo modo
id facere valuerunt · Ac ſi diceret· fece
runt contra dei preceptum quod appel
latur voluntas· ſed non fecerūt contra
dei uoluntatem omnipotētē· quia hoc n̄
valuerūt/ illud valuerūt· et ita per hoc
q fecerūt contra dei voluntatem · i· pre
ceptum de ipis facta eſt voluntas eius·
id eſt impleta eſt· voluntas eius ſempitꝰ=
na qua eoſ damnari volebat· Vnde gre
gorius ſuper geneſim· Multi voluntatē
dei peragunt dum mutare contendunt·
et conſilio eius reſiſtentes obſequuntur
qꝫ hoc eꝰ diſpoſitōni militat/ qđ p hūa
num ſtudiuꝫ reſultat· Hic aperte oñdit

quia dum mali cōſilio ac precepto dei
reſiſtunt· quod dei voluntas appellat
ea faciunt vnde voluntas eius que ipſe
eſt impletur/ que diſpoſitō uel benepla
citum vocatur· Nam ut ait auguſtinus
in encheridion· quātelibet ſint volunta
tes angelorum et hominum / bonorum
vel malorum· vel illud quod deus uel ali
ud volentium q̄ deus · omnipotētis vo
luntas ſemper inuicta eſt/ que mala eſſe
nunquam poteſt/ etiam dum mala irro
gat iuſta eſt· Et profecto que iuſta eſt
mala non eſt· Deus ergo omnipotēs ſi
ue per miſericordiam cuius vult miſere
atur· ſiue per iudicium quem vult obdu
ret· nec vnquam aliquid facit· nec niſi uo
lens quicquā facit · et omnia quecunque
vult facit·

¶Summatim perſtringit ſententiam pre
dictorum addens quare deus precipit
omnibus bona facere et mala vitare cū
non velit hoc ab oībus impleri·

Ex predictis liquet· q̄ voluntas
dei que ipſe eſt ſemper inuicta ē
nec in aliquo caſſatur · ſed per
omnia impletur· cōſilium vero eius ⁊ pce
ptio ſiue prohibitio/ nō ab oībus imple
tur· quibus ꝓpoita et data ſunt· Neque iō
precepit omnibus bona · uel prohibuit
mala· vel cōſuluit optima q̄ vellet ab oī
bus bona que precipit fieri· uel mala q̄
prohibet vitari· Si eī vellet vtique et fie
rent· quia in nullo pōt ab homine ſupa
ri uel impediri eius voluntas · ſed ut iu
ſticiam ſuā hoībus oſtenderet · et mali
eſſent inexcuſabiles· Demum ut boni ex
obedientia gloriam· mali ex inobedien
tia penam ſortirentur· ſicut vtriſque ab et
no ꝑparauit· Ea ergo que omnibus pre
cepit/ uel prohibuit· a quibuſdā voluit
fieri uel uitari · ſed non ab omnibus· et q̄
dam perſonaliter ꝑcepit· et in veteri et
in noua lege que ab eis quibus prece
pit fieri uoluit· ut abrahe dō immolatōe
filij· et in euangelio quibuſdam curatis
quibus precepit· ne cui dicerent ·

¶Quod aliquando hō bona uoluntate aliud
vult q̄ deus ⁊ aliqn̄ mala id quod deus
bona voluntate vult·

Sciendum quoque eſt q̄ aliquan
do mala eſt voluntas hominis
idem uolentis quod deus vult
fieri· et aliquādo bona eſt uoluntas ho
minis aliud uolentis q̄ deus· Ut enim bo
na ſit hominis voluntas oportet atten
dere quid congruat ei uelle · et quo fine
Tantum enim eſt inter uoluntatem dei
et uoluntatem hominis ut in quibuſdā
aliud congruat deo uelle· aliud homini
Vnde auguſtinus in encheridion· Ali
quādo inquit bōa uoluntate homo vult
aliquid quod deus non vult· bona mul
to amplius · multoque certius uolūtate·
Nam illius mala uoluntas eē nunquam
poteſt tanquā ſi bonus filius patrem ue
lit uiuere quē deus bōa uolūtate vult mo
ri· Et rurſus fieri poteſt ut hoc velit ho
mo volūtate mala/ quod deus vult bo
na · velut ſi malus filius uelit mori patrē
uelit etiam hoc deus· Nempe ille vult
quod non vult deus· iſte uero id vult qd
vult ⁊ deus· et tamen bone dei uolūta
ti pietas illius potius conſonat quāuis
aliud uolentis/ q̄ huius idem uolentis
impietas· Multum enim intereſt quid uel
le homini· quid deo cōgruat· et ad quē
finem ſuam quiſque referat uoluntatem
ut approbetur uel improbetur Poteſt
enim uelle bonum qd nō cōgruat ei uel
le· et poteſt uelle bonū qd cōgruit · ſed
non refert ad finem rectum· et ideo non
eſt bona uolūtas

¶Quod bona dei uolūtas mala hominū uo
lūtate impletur ut in paſſione xpi conti
git ubi quondā factum ē q̄ deus bona
et iudei mala uoluntate uoluerūt· uolu
erūt tamen et aliquid qd deus n̄ voluit

Illud quoq; non eſt ꝑtermitten
dum q̄ aliquando dei volūtas
bona·ꝑ malam hominis volun
tatem impletur vt in crucifixione criſti
factum eſt q̄ȝ deꝰ bona voluntate mo:
ri voluit·Judei vero impia volūtate cū
crucifixerūt·Et volebant iudei mala vo
luntate quiddam· qd̓ deꝰ volūtate bo:
na volebat·ſ·ut xp̄s pateretur morere:
tur·ſed uolebāt ⁊ aliquid aliud qd̓ deꝰ
nō volebat·ſcilicȝ occidere xp̄m qd̓ fuit
mala actio et peccatum· actum quippe
iudeorum non voluit deus·paſſionem
vero xp̄i voluit· ſicut et in ipſo pſalmo
xp̄s ad patrem ait·Tu cognouiſti ſeſſi:
onem meam id eſt uoluiſti·et approba:
ſti paſſionem meam·tibi enim placuit·
Voluit itaq; tota trinitas vt xp̄s patere
tur·nec tamen voluit·ut iudei occiderēt
quia voluit penā xp̄i·ſed non voluit cul
pam iudeorum nec tamē voluit· Si em̄
noluiſſet nec fuiſſet

Solutio

Sed ad hoc opponit̄ ſic Si vo:
luit deus·ut xp̄s pateretur·Vo
luit vtiq; ut pateretur a iudeis
vel nō·Si voluit ut n̄ pateretur a iudeiſ
cum paſſus ſit·factuȝ eſt itaq; qd̓ volu
it deus non fieri· Si autem voluit eum
pati a iudeis·ergo uoluit eū occidi a iu:
deis·Voluit itaq; ut iudei occiderēt eū

Reſponſio·

Ad quod reſpondentes dicimus
ſimpliciter concedendum eſſe·
q̄ deꝰ uoluit xp̄m pati·mori·q;
eius paſſio bonum fuit et cauſa noſtre
ſalutis·Cum autem dicitur uolebat eū
pati·vel occidi a iudeis·hic diſtinguen
dum eſt Si enim intelligitur ſic uolebat
eum ſuſtinere paſſionē ſiue crucifixionē
a iudeis illatam verus eſt ſenſus· Si ve
ro intelligitur ſic volebat ut iudei occi
derent eum falſum eſt· Nō em̄ volebat
deus actionem iudeorum que mala erat
ſȝ volebat paſſionē bonā·et hec volun:
tas per malas iudeorum voluntates im
pleta eſt·Vnde auguſtinus in encheri·
Deus quaſdā volūtates ſuas/vtiq; bo:
nas·implet ꝑ maloꝝ hoim voluntates
malas·ſicut per maliuolos iudeoſ bona
voluntate patris xp̄c pro nobis occiſus
eſt·quod tm̄ bonū fuit·vt apoſtolꝰ pe:
trꝰ qn̄ id fieri nolebat ſathanas ab ipo
q̄ occiſus ē diceret·Ecce manifeſte ha
bes magnū bonū fuiſſe q̄ xp̄c occiſus ē
et hoc bonū quia petrus nolebat·ideo
redargutus eſt·

Vtꝝ placuerit viris boiſ q̄ xp̄c pateret̄
et moreretur·placuit quidē intuitu no:
ſtre redemptōis·ſed n̄ ipiꝰ cruciatus·

Et quo ſoluitur queſtio qua que:
ri ſolet·vtrū viris ſanctis place
re debuerit q̄ xp̄us pateret̄ vel
occideretur·Debuit enim eis placere in
tuitu noſtre redemptōis·ſed nō intui
tu ipiꝰ cruciatuſ·Voluerūt g° ac vehem̄
ter cupierūt xp̄m mori ꝓpter liberatōeȝ
hois et impletōnē diuine volūtatis/ſed
non voluerunt delectatōne ipius affli:
ctōis·de eodē ergo letabant̄ et triſta
bantur·ſed ob aliud gaudebāt·et ꝓpter
aliud dolebāt·Volebāt ergo xp̄m mo:
ri pro hois redemptōne·et tn̄ de morte
ipiꝰ diuerſis de cauſis corda eorum va
rie mouebantur·

Quō ſentiendum ſit de paſſioibus ſan:
ctoꝝ an velle an nolle debeamus·

Si vero querit̄ vtrū eodē modo
ſentiendum ſit de paſſionibus
⁊ martirijs ſanctoꝝ dicimꝰ ali
quā eē differentiā int̄ paſſionē capitis ⁊
membrorū·Chriſti naq; paſſio cā ē no:
ſtre ſalutis qd̓ nō ē alicuius paſſio ſan:
cti·Nullius em̄ paſſione redēpti ſumus
niſi xp̄i·ꝓfuerūt quidē nō mō eis q̄ paſ:
ſi ſunt·veꝝ etiā alijs fidelibus ipoꝝ paſ
ſiones·Verūtn̄ nr̄a redemptō n̄ ſunt·h°
enim illius ſola paſſio potuit qui deus
eſt et hō·Illius ergo paſſionem credē:
tiū pie mentes voluer̄t et optauer̄t fieri
ſic futuꝝ credebāt·Paſſiones vero ſan
ctoꝝ poſſumus velle et nolle·et vtrūq;
bona volūtate ſi rectos nobis ꝓponamꝰ
fineſ·Cum em̄ placuit pauli paſſio eo fine

q² p̃mium eius per hoc auctũ et paratũ
cernebat/bonã videt̃ habuiſſe volunta
tem· que volũtati ei⁹ ↄgruebat qua cu:
piebat diſſolui et eẽ cum xp̃o· Qui autẽ
voluit eũ declinare paſſionẽ et effuge:
re man⁹ ĩmquorꝝ cũ paſſione pietatis/
⁊ ille habuit bonã volũtatẽ· Vñ aug· in
ench· Bone apparebãt volũtates piorũ
fideliũ q̇ nolebãt aplm̃ paulũ hieruſalez
pgere ne ibi pateret̃ mala q̃ agabus pro
pheta p̄dixerat· et tñ hoc illũ deus pati
volebat p annuncianda fide xp̄i exercẽs
martirẽ xp̄i· neq₃ ip̄e bonã volũtatẽ ſuã
impleuit p xp̄ianorꝝ volũtates bonas·
ſed per iudeorum malas ⁊ ad eũ potius
ptinebãt q̇ nolebãt qđ volebãt q̃ illi p
quos nolẽtes factum eſt quod uolebat
quia idip̄m mala volũtate fecerũt qđ d
us bona voluntate voluit· Ita et ĩ paſ:
ſione xp̄i factũ ẽ· qđ em̃ de⁹ voluit hoc
idẽ iudas et dyabol⁹· ſ₃ illi mala volun
tate· deus vero bona volũtate· ſ· ut xp̄c
moreret̃· Verũtamen illi actũ voluerũt
quem deus non uoluit·

Explicit prim⁹ liber đ miſterio t̃initatis